2015.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

DA BOX

No 2065.



= LN 595 ex. 2

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

DANIADOS

PARS PRIMA,

QVA VITÆ ET RES SERENISSIMORVM, ILLVſtriſsimorum, & potentiſsimorum principum, ac Dominorum, Dominorum CHRISTIANI primi patris, & IOHANNIS filij, Daniæ, Suetiæ, & Noruegiæ Regum, Ducum Slieſuigæ, Holſatiæ, Stormarſiæ, & Dietmarſiæ, nec non Comitum Oldenburgenſium & Delmenhorſtenſium intra quinquaginta ferè annorum ſpatium, domi militiæq; geſtæ breuiter & ſuccinctè deſcribuntur.

AVTHORE

OTHONE FABRITIO CIMBRO.

SLESVVIGÆ

EXCVDEBAT NICOLAVS VVEGENER.

CIↃ IↃ LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

ELEGIA DEDICA-
TORIA AD SERENISSIMVM, ILLVSTRISSIMVM AC POTENTISSIMVM
Principem, ac Dominum, Dominum FREDERICVM, eius nominis Secundum, Daniæ, Noruuagiæ, Slauorum & Gothorum Regem, Ducem Slieſuigæ, Holſatiæ, Stormarſiæ, & Dietmarſiæ, Comitem Oldenburgenſem, & Delmenhorſtenſem &c. Dominum ſuum clementiſſimum.

PArue mihi curis animi confecte ſub ægris
Quò liber à domino iam procul ire paras?
Hei vereor, noſtræ ſi deſeris atria Muſæ,
Quanta pericla tibi ſint ſubeunda foris.
Inuidiæ morſus, & fœda calumnia vulgi,
Hei liuor quantum te lacerabit iners.
Noxia cenſuræ quoties tibi vulnera lector
Ingeret, in numeris crimen ineſſe notans
Hiſtoriæ ſeriem taxabit, & æmulus olim
Ordine texturum ſe meliore canet.
Forſitan idcircò rapido damnaberis igne,
Barbariæ Momo te ſimulante reum.
Attamen eueniet tibi ſors quæcunq; per orbem,
I liber, & fauſto ſydere carpe viam.
I liber, & populos generoſo ſanguine Danos,
Et Cimbros patriæ fertilioris adi.
Forſitan inuenies, quibus eſt mens dedita Muſis,
Tu quibus hoſpitibus gratus & hoſpes eris.
At non purpureo, liber es, velatus amictu
Pulla ſed, ob curas, te toga veſtit heri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quem tenet vſq; adeô penetrans per viſcera mœror.
Ex quo Dietmariæ munere truſus abit.
Nec tibi dilectis turgent, marſupia nummis,
Sæpè fame tremulus, ſæpè premère ſiti.
Hoſpitis eſſe vagi loculos decet ære refertos,
Qui nihil æris habet, non procul ibit inops.
Fallor? an Arctôi ſubeas, liber, atria Regis,
Cuius ego exiguo tempore quæſtor eram.
Præſidiumue petes, & ſuſtentacula Muſæ,
Sortis & attritæ molle leuamen hero.
Eſt Rex ære potens, Daniæ qui præſidet orbi,
AEmulus & Crœſi dicitur alter opum.
Diuitijs præſtat Britano, Galloq;, Dinaſtis,
Et qui Beticolis iura dat æqua viris.
Quin hoc, Europæ Rex nullibi rure triumphat
Ditior, & Gaza ſplendidiore micat.
At licet ære potens, non eſt tamen Ochus auarus
Pro meritis confert munera larga ſuis.
Præcipuè ſanctos veneratur amore Poëtas,
Aöniosq; viros ære beare ſolet.
Ipſius laudes, & auorum geſta priorum
Qui paribus verſus occinuere modis.
Ergo munifici tam principis huius ad ædes
Non dubites greſſus ferre, libelle, tuos.
Et, tibi dicendi ſi libera copia detur,
Hæc illi ſupplex poplite verba refer.
Diue, potens, Daniæ qui, Rex, dominaris in aruis
Gentis & Arctöæ qui ſacra ſceptra geris.
Ille, tuis Marſis, quem regia gratia quondam
Quæſtorem ſtatuit, non procul Albis aquis,

Rurſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Rurſus at officio tua per mandatá remotus,
Seu fato, cauſa ſiuè latente graui,
Ille tibi gratus me conſecrat, ecce, libellum,
Quo geſtas Proaui res canit vſq; tui:
Quas is ſub curis, animum recreando, moleſtis,
Dum latet indignè truſus ab officio,
Ex varijs dubio diſperſas ordine libris
Texuit in ſolidum, ſed rude Vatis, opus.
Quod tibi præ reliquis, Frederice, dicare iuuabat
Rex animo pollens, ingenijq; ſagax:
Ad virtutis opus ſtimulis vt agaris honeſtis
Et decus Arctoæ rex tueare domus.
Nam licet ipſe vales, teneris aſſuetus ab annis
Marte, nec es Proauo laudis honore minor.
Quem virtute grauem, nec enim pietatis egentem
Inclyta minatur Danica tota domus,
Cuius & inſiſtat præluſtribus æmula factis
Paruula poſteritas, pignora chara thori:
Nil minus eſſe tamen poterit tibi grata voluptas
Voluere Maiorum facta recluſa libris.
Nam magis his animus virtutis amore mouetur,
Ducitur & Proauis degenerare nefas.
Si non rumpat hero vitæ cita ſtamina Parca,
Hocq; tibi cordi ſi fore conſtet opus,
Regis honorifici tanti monumenta Nepotum,
Et vitas ſolers poſtmodo Muſa dabit.
Et tua præcipuè celebris præconia laudis
Efferet, & rarum te ſuper aſtra vehet.
Quàm ſis Marte ferox, quam ſis virtutis alumnus
Quàm ſis diuitijs, quàm regione potens;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vt tua fama volans procul hinc, noteſcat ad Indos
Nomen & Euphrates, Nilus, & Almo ſonent.
Et tua poſt buſtum quoq; virtus neſcia lethi
Viuat in æternos non peritura dies.
His ſed pro meritis non poſtulat ille talenta.
Nec Gazæ partem poſtulat ille tuæ.
Sed modo reſtituas pro Maieſtate remotum,
Proq; illo valeant vota preceſq; ſocrus,
Quæ, tibi neſcio quo naturæ ſanguine iunctum
Commendare virum, ſpontè nec erubuit.
Nam ſtudijs ſumptus iuuenili præbuit æuo,
Obſtrictumq; tibi conditione cupit.
Sin minus, in Daniæ populi armipotentis honorem,
Et ne ſubſidio Cimbrica Muſa vacet,
Olim quandoquidem collata Inſignia Regni
Sint Vati, à cunctis, Saxone teſte, Dais,
Pauca quod in regis ceciniſſet carmina laudem
Dania pertriſtis quo moriente fuit.
Des huic reditus, Canonum pro more, quotannis
Vrbs vbi clara Roë vel ſacra Ripa iacet.
Vnde ſuæ Vates habeat dimenſa culinæ,
Sic tandem iuſto ſtamine texet opus.
Ocia namq; fouent curarum expertia Vates,
Largius & parta vena quiete fluit.
Interea hæc veſtræ primordia regia ſtirpis
Perlege iuditij dexteritate tui.
Viue, vale, Frederice diu, tua gratia Vati
Innocuo pateat rurſus amica Fabro.
Hæc vbi iam patulæ tua dicta recluſerit auri
Rex animo prudens iuditijq; ſagax.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Non dubito Vatem quin nullo iure remotum
Reſtituat, Muſæ ſubſidiumue ferat.
Forſitan & fuluo donaberis ære Dynaſtæ,
Fertur enim Aônio deditus eſſe gregi.
Accipe quicquid erit, nec regia deſpice dona
Munere mens largo Regis amica patet.
Tum genibus flexis & dextræ baſia figens
Submiſſè grates, parue libelle, refer.
Iamq; viatoris turgentibus ære crumenis
Quo, te, cunq; libet dirige tutus iter.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

OTHONIS FABRITII
CIMBRI DANIADOS

LIBER PRIMVS.

Arma ducemq; cano, veteri qui primus ab arce,
Quam prope cornigero dilabitur amne Viſurgis.
Eſt comes ad Daniæ regalem euectus honorem
Chriſtophilus, multùm bello perpeſſus & armis
Dum parat imperio Daniæ ſubmittere Suecos.
Et rurſum attritos innectere Marte Coronæ
Infidos, triplicis regionis fœdere lapſos,
Vt famam pareret tanta virtute perennem
Illuſtri ſtirpi, regum genus vnde Danorum,
Holſatiæq; ducum, qui propter littora Storæ
Iugera Vuilſorum, nec non prope Slyados amnem,
Imperio Cimbros, & trans freta nobilis Eidræ
Martigenas ſceptri moderantur lege colonos.
Sancte Dei, flatus tu menti, ſpiritus, affla,
Tu mihi principio tu vires fine miniſtra.
Cum placidè letho mutaſſet tædia vitæ
Chriſtophorus, Daniæ qui rex reſidebat in aruis
Illuſtri, veterum Boiorum ſtirpe creatus,
Vnanimum regni procerum veneranda corona
In regem Daniæ, raræ virtutis Adolphum
Vaſallum regni, cui Dan fundamina iecit,
Et comitem Holſatiæ, quamuis ætate grauatum
Rurſus adoptandum collatis vndiq; votis
Cenſuit, idcircò Gothicam mittuntur ad arcem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Conſpicui virtute viri, mandata faceſſant,
Sleſuiciæq; ducem, regem vna voce ſalutent.
Sed quia grandæuus, bello ſaturatus & armis,
Quæ pridem exuerat, ſancito fœdere pacis
Inter Cimmerios & claros ſanguine Dannos,
Totus & ad requiem porrò procliuis & æger
Corpore, perplacidè reliquum tranſmittere vitæ
Maluerat, quid molis alat, quæ incommoda ſecum
Tantus honos regni trahat, ima mente volutans,
Deſpuit oblatum ſibi maieſtatis honorem,
Nec duplicis voluit regni diademate cingi.
Et quia tanta, refert, veſtra eſt fiducia noſtri,
Quod me dignari ſummo voluiſtis honore,
Præ reliquis, veſtris vt rex dominarer in aruis.
Grandior aſt ætas varijs obnoxia morbis
Impedit, in medium tamen hoc in tempore vobis
Conſuluiſſe iuuat, noſtrumq; expromere votum.
Sunt mihi, tres comites cognato ſanguine iuncti,
Quorum mater auo ſe Cimbro, ſanguine cretam
Iactat ab Hinricho, qui tot celeberrimus auſis,
Herculeos belli paßim ſubeundo labores,
Quos procul à patria non gratis præſtitit Anglis,
Ferreus eſt, vulgò ſortitus nomina, dictus.
Hic natum inſignem genuit virtute Gerhardum,
Pòſt apud Albicolas proſtratum funere Marſos,
Dùm nimis incautus ditionis iugera luſtrat:
Hic meus eſt genitor, ſoror antea nupta marito
Baltaſari Polabo, poſt cuius fata Dynaſtæ
Eſt data legitimi Thiterico fœdere lecti,
Qui de ſtirpe comes veteri reſidebat in arce,

Non

Non procul à Bremâ, quà labitur amne Viſurgis.
Ex his vnanimes, vobis ſic ſuadeo Danni,
Eligitote tribus, qui veſtris imperet aruis,
Et populo Arctôo rex ius æquumq; miniſtret.
Quo regnante, velut fauſto ſub ſydere, lapſo
Cœlitus, eueniat vobis ſors aurea, Danni.
Siue domi latebris, in vtramq; quieſcitis aurem,
Expertes belli, ſeu rerum poſtulet vſus.
Fœdere dilapſos extenſis aere ſignis
Inſtructaq; acie Suecos inhibere feroces.
Maximus hos inter comites, mihi credite, natu,
Ingenio reliquis & mentis acumine præſtat,
Eſt pius, atq; ideò Chriſti prænomine gaudens,
(Omen habet nomen) nulli eſt pietate ſecundus.
Iuſtitiæ ſectator, amans æquiq; boniq;.
Eſt probus, eſt clemens, populo eſt affabilis omni,
Eſt manibus promptus, fortis, vis viribus hæret
Ferrea, magnanimis proauis abauiſq; relicta.
Nec minus eſt animo comes imperterritus, audax,
Marte iubente ferox, virtute inuectus in hoſtes,
Quam fuit huic proauus, qui ſola voce leonem
Seſe inuadentem, Britano compeſcuit horto,
In caueam, qua truſus erat cum fraude, recondens:
Cui poſt nudato capitis de vertice ſertum
Ablatum impoſuit, ſi ſe generoſior eſſet
Ex Britanis aliquis, veluti pro ſanguine iactent,
Acceleret, ſertumq; feræ ceruice reuellat.
Sed quia degeneres timor & pudor arguit Anglos,
Ipſe leonis adit, reſeratis poſtibus, antrum
Implicitumq; iubis, ſertum ceruice reportat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Illæſus, placidumq; manu demulcet vt agnum.
At quibus huius auum generoſum laudibus æquem,
Quam fuit illuſtris, quam pectore fortis & armis.
Vos legiſſe puto, qui famæ ductus honore,
Dum ſibi vicinos armis infringere Marſos
Stirpe Gygantæos, præſtantes robore, tentat.
Ah miſer incautus capiti truncatur ab hoſte,
Et virtute ferox animam cum ſanguine fudit.
De patre nil referam Theodoro, cognita vobis,
Clara viri virtus, quam natis, ſeminis æſtu
Inſtillauit auis, proauis, abauisq; fluentem.
Nec ferus Accipiter pullos producit inermes
Nec leo magnanimus timidos enititur agnos.
His igitur, genitore, & auis proauisq; creatum,
En comitem auſpicijs felicibus offero Dannis
In regem duplicis regni, propriumq; dicatum.
Huic ſceptrum imperij, veſtri huic penetralia cordis
Credatis, ſcio non vnquam labentibus annis
Regis honorifici capient vos tædia tanti.
Virtute à nobis, teneris imbutus ab annis
Sæpè dedit raræ pugnacis & indolis omen.
Agnoui tacitus, ſub pectore gaudia verſans
Vaticinansq; animo, maiorum fortibus auſis
AEmulus inſiſtet, ſubmiſſo murmure dixi.
Extractum nec enim vibrans rurſum ingeret enſem,
Quàm ſibi ſubijciens Sueones vi martis aperti
Inſeruit Danicæ, qua defecère Coronæ.
Dixit, at emiſſi, procerum delecta caterua
Magnifici referunt patribus reſponſa ſenatus,
Conſiliumq; ducis, qui latis vndiq; votis

Chriſto-

Chriſtophilum regem Daniæ ſimul ore reclamat.
Nec mora, Gotthorum rurſus mittuntur ad arcem
Inſignes virtute viri, mandata reportent,
Chriſtophilumq́; nouum regem vna voce ſalutent,
Et ſecum illuſtri comitante ſatellite ducant
In ſedem regni, cui Dan fundamina iecit.
Lætitia exoritur borealia feſta per arua,
Et tota exultat Daniæ gens inclyta plauſu.
Nec regina minus iuuenis, viduata marito
Antea, funebri iam pridem ſaucia cura
Protinus ardentis concepit gaudia mentis.
Vt videt electum germano ſanguine regem.
Vulnus alit venis, cæcoq́; efferbuit igne,
Huncq́; ſibi ſolum ſociali fœdere iungi
Exoptat tacitè, abſentem ſperansq́; vidensq́;.
Aduenit intereà rex maieſtate coruſcus
Mille equitum turmis, denſoq́; ſatellite ſeptus.
Biſſeni lituos Danicis inſignibus aureis,
Velatos inflant, equitantesq́; agmina ducunt.
Proxima conſequitur procerum generoſa caterua,
Aurata chlamides circumdata murice tinctas.
Hanc iterum inſequitur totidem grex æmulus alter
AEricinum, lituosq́; leues clangoribus inflat,
Perq́; vices rauca reſpondet voce priori.
Et duo pulſantes corium retonantis aheni.
Proximiore gradu regis pater inclytus heros
Scleſuiciæq́; ſenex dux, bello inſignis Adolphus
Coniunctim regem præcedunt, crinibus ambo,
Et barbis cani, celebres iuuenilibus auſis.
Hinc rex conſpicuus ſolus ſplendore coruſco,

 Vectus

Vectus equo incedens, turmam ſupereminet omnem,
Cui phaleræ ornatæ gemmis, & ephippion auro
Intextum dorſo nituit, cui copia diues
Plumarum capite & cauda pendebat eburna.
Poſtmodo nobilium ſequitur pompoſa caterua
Contiferum Iuuenum, galeis cooperta decoris,
Et circum collo fulgentibus aucta cathenis
Innumeris, auro tumidis ad pollicis inſtar.
Vertice de ſummo galearum criſpus aceruus
Plumarum rutilans Iuuenum per terga fluebat.
Deniq; nobilitas numeroſis, Cimbrica, turmis
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
Holſaticiq; ſoli mixtim, imperijq; clientes
Inſignes virtute viri, & prælustribus auſis,
Quos toga thoracem circum bombycina veſtit,
Conſpicuos plumis, quorum per colla cathenæ
Atq; humeros circum precioſa monilia circa
Aurea pendebant, rutilantia fulguris inſtar,
Hinc famulorum ingens ſequitur mauortia pubes
Nobilium pariter, candentibus, æmula, plumis.
Argenteis loris, plicitoq; inſignis amictu
Atq; induta pedes circum peronibus arctis
Pompoſis incedit equis, atq; agmina claudit.
Quadrupedum tellus gradibus reſonabat equorum.
Et quacunq; loci, per Cimbrica iugera campi
Tranſitur, plauſus reſonat iuuenumq; ſenumq;:
Chriſtophilus viuat, viuat rex Neſtoris annos.
It clamor cœlo populi, clangorq; tubarum,
Tympanaq; altiſonis miſcentur ahenea bombis.
Vrbs ad Cimbrorum fines, contermina Vitis

Structa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Structa iacet, domuum tectis inſignis & arce
Nomen ab Hatteno Daniæ ſortita Dynaſta.
Huc tandem eſt ventum, qua Rex conſiſtere in vrbe
Atq; equites dapibus refici, feſſosq; caballos,
Seq; ſuosq; vnam voluit requieſcere noctem.
Poſt vbi depulſis gelidis aurora tenebris
Aurea fulgebat, roſeis inuecta quadrigis,
Surgendi tempus clangor monet eſſe tubarum
Signaq; principiò dat ephippia farcta caballis,
Induere intrepidis, mox inſonat ære ſecundus
Et frenis cohibere citis iubet ora, ſonorus,
Et plantis aptare ocreas, calcaria calci.
Tertia iam dederat clangens taratantara ſignum,
Nec mora quisquis equum conſcendit, & ordine pompam
Inſtructo decorat, ſolenui more frequenter,
Per vicos vrbis, ſeq; altis mœnibus effert.
It regis ſonipes ſpumantia frena remandens,
Seq; velut miratur iens, huc verſus & illuc
Iactat crura ſciens, & prudens rege triumphat.
Ipſe etiam ante alios forma pulcherrimus omnes
Incedit medius rex, oſtro inſignis & auro,
Progrediturq; alacris magna ſtipante caterua.
Nec non & Daniæ proceres, & fortis Adolphus
Scleſuiciæ princeps, curis confectus & annis
Cum patre Chriſtophili, pariterq; ætate trementi,
Magnificè incedunt per amœni iugera campi,
Et quacunq; maris via ducit ad oſtia tendunt
Proximior, cui nomen Otho florentibus annis
Cæſar habere dedit, quando victribus alis
Rurſus ad imperium, dilapſos fœdere Vitas

Adijciens,

Adijciens, victos ſacra Baptiſmatis vnda
Intingi iuſsit, Diuûm ſimulacra colentes.
Nam pater Hinrichus prius hos conuerterat Auceps
Idolis demptis, ſacri ad myſteria verbi,
Imperioq; ſuo, ſtricto inueſtiuerat enſe.
Poſt vbi ſancito tranquillæ fœdere pacis
Et prius Auſoniam, quàm ſe conuertit ad vrbem.
Saxonico comitem generoſo ſanguine cretum
Conſtituit, regni ſortitum a limite nomen,
Hic vbi conſtructæ ſinuoſum ad Slyidos amnem
Cimbrorum vrbis adhuc veteris veſtigia cernas.
Præſidiumq; vrbi validum telisq; virisq;
Aduerſus Daniæ rabiem, & vim martis aperti,
Inſidiasue locat, quem pôſt labentibus annis,
Vt videt implicitum, poſt funera ſacra parentis
Imperij hæredem, diuerſis vndiq; bellis,
Effera gens Daniæ, ſuperatis mœnibus vrbis,
Vi ſolio turbant, lethali & vulnere læſum
Confodiunt, Comitisq; iugum excuſſere rebelles.
Hoc ſcelus infandum Cæſar celeberrimus Otto
Acriter vlturus, conſcripto milite denſo
Per freta Saxonici ſpumantia traijcit Albis,
Perq; ſolum Holſatiæ, volitantibus aère ſignis,
Arma viroſq; feros ſitientes ſanguinis hoſtes
Et cataphractæos equites longo agmine ducit.
Vt tetigere ſolum Cimbrorum hoſtilibus armis
Omnia diripiunt, vaſtant, incendia miſcent,
Et ferro & prædis abigunt, nec parcitur vlli
Quicquid arenoſum iacet inter Slyidos amnem
Et ſcopulos ſimiles Scyllæ, Syculæq; Carbybdis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Iutia vaſta tuos, quos Scauos nauita dicit,
Omne id rurſus Otho validis compeſcuit armis,
Auſonioq; ferox, quo iam defecerat, orbi
Inſeruit, validumq; tenens ſub brachia contum
Oceano immiſit, noſtri hic ſit terminus, inquit,
Imperij ſinus, & celebrûm monumenta laborum.
Sicq; ſinus priſcis, & noſtro cognitus æuo
Nomen Othonis habet, ſtatio tutiſsima nautis.
Hic plus mille rates, maris ad caua littora ſalſi
Inſtructæ ſtabant, velis, remisq; virisq;,
Regis ad aduentum, Comitumq; illuſtris acerui.
Vna tamen reliquis præſtabat regia nauis
Bellica, verſicolor, cannis munita Sonoris,
Quam Rex atq; ducum, procerumq; patrumq; corona
Ingreditur, funesq; ratis de littore ſoluit.
Tum verò nautæ incumbunt, remisq; fatigant
Oceanum, ſpumasq; cito ſalis ære cientes
Carbaſa dant læti ventis aquilone ſecundo.
Nec mora ſedato contingunt gurgite portum,
Hic vbi robuſtis iacet vrbs vetus Aſſena muris
Rure Bagæorum, ſtatio ſecura carinis.
Tum proris verſis, vncis funabula ferreis
Annexa eijciunt, ſeq; ad caua littora ducunt,
Exonerantq; rates dominis, famulisq;, caballisq;.
Ante alios primus rex ſtrato ex aſſere ponte
Proſilit in terram, ducibus comitatus vtrisq;.
Inſequitur procerum Daniæ veneranda ſenectus,
Nobiliumq; globus denſus, Iuuenumq; ſenumq;.
Tum verò vulgi famulorum ex claſſe cateruam
Inſuetam pelago vidiſſes ponte ruentem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Multaq; gaudentem plantis contingere terram.
Vt videt egreſſam ratibus longo agmine pompam
Præpoſitus claßi, Danico de ſanguine cretus,
Tota claſſe pilas complodere grandinis inſtar,
Sulphureas, reſono miſceri murmure pontus,
Et tellus rapido, veluti trepidare fragore.
Miſcentur litui, membranaq; ahenea bombis,
Et tuba nubiferum ſtridore per aera clangit,
Totaq; lætitia plebs exagitatur in vrbe.
Deq; nouo exultans regi gratatur honore.
Poſtera ſolennem lux pompam duxit ad vrbem,
Hic vbi ſtant priſci cathedralia mœnia fani
Cui quoq; de proprio prænomine, nomina fecit
Auſonij princeps regni celeberrimus Otto,
Dum freta traijciens Daniæ compeſcuit arua.
Poſtea, cui Daniæ princeps generoſus Heraldus,
Non procul à riguo ſinuoſi Slyidos amne,
Fortiter occurrit, prætenſis aëre ſignis,
Inſtructaq; acie, reditum præcludere niſus.
Confidens animi, facinusq; ad vtrumq; paratus
Aut ſuperare hoſtes, aut pulchro occumbere letho,
Editur horribilis profuſo ſanguine ſtrages,
Anceps pugna diu, tum rex ſuccumbit Heraldus.
Pòſt noua coniunctis panguntur fœdera dextris,
Vt Dania Imperij feudum regale vocetur.
Sed quia tinctus erat iampridem flumine ſacro
Inſtinctu Thyræ matris, Rex ipſe, Britannæ
Suennone cum nato Cunigundis regia coniunx
Abluitur gelidis ſacri baptiſmatis vndis,
Magnaq; pars procerum Daniæ, natumq; tenellum

Ipſe

Ipſe leuans manibus ſacro de fonte Monarcha
A proprio voluit Sueuothonem nomine dici.
Nec mora Chriſticolæ, Vitarum rura, recenti
Sleſuitiæq; ſolum, cathedrali ibi domate ſtructo,
Contulit in feudum, Daniæ de gente triumphans.
Reſtituitq; patri mox, quicquid ademerat antè,
Auguſtum nomen regioni, vrbiq; relinquens.
Rex verò noctem nouus hîc quoq; ſubſtitit vnam.
Diuitis & ciuis placidis requieuit in vlnis.
Hinc ſolito pompæ fœcunda per arua triumpho
Itur, & ad celebris Neopyrgi mœnia caſtri
Tenditur, vndifragis vbi fluctibus alluit æquor,
Oſtiaq; apparent ſinuoſi Baltica portus.
Hic iterum præſtò eſt expanſis aëre velis
Mille ratum claßis, nautisq; inſtructa peritis
Gurgitis horriſoni, quem Baltica fluctibus vnda
Inſtar montis Hebron, vaſtaq; voragine gignit.
Ventorum hoc pelagus patria eſt, nimbisq; refertum
Sed tempeſtatum reſidens rex Aeolus aula
AEquoreos ſtricti ventos moderatus habenis
Abdiderat, vinctosq; cauis incluſerat antris,
Dum rex Chriſtophilus ſaluus cum claſſe, virisq;
Tranſeat, & placidis caua vela mouentibus Auſtris
Contingat celeri Sialandica littora curſu:
Illi indignantes rauco cum murmure circum
Clauſtra fremunt nemorum, vaſto rex Aeolus antro
Sceptra tenens lenitq; iras & pectora mulſit.
Arx in veſtibulo micat his contermina ripis
Candidior quauis niue conſpicienda per æquor,
Adiacet huic vicus regali proximus arci

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quem vulgus Danico Coſſoram idiomate dicit.
Inſtitor hìc regi vectigal pendit opimum,
Ex Dania tauros quoties tranſportat ad Albim
Trans mare Baltiacum venum, inſignesq; caballos.
Quos infinitos fœcunda Selandia gignit.
Rex igitur, comitesq; duces, procerumq; corona
Nauibus egreſſi conſcendunt iugiter arcem.
Regaliq; agitant cœnæ conuiuia luxu.
Aenea fumiuorum ſtridore per aëra canna
Intonat horrendum reboans cita, fulminis inſtar,
Vt totum arderi videas quò lumina vertas,
Lætitiæ in ſignum de tanto rege recenti:
Nec minus in lituos buccarum follibus inflat
Tibicenq; frequens, tremulusq; impulſor aheni
Expanſum corium reboanti verbere tundit.
Vt ventoſa putes crepitare tonitrua cœlo.
Cœtera nobilium maior pars inclyta vico
Diuertunt, lautisq; epulis dulciq; Lyæo
Largius indulgent alacres, noctemq; diei
Coniungunt, frontesq; hauſto cratere ſerenant.
Deniq; poſt biduas effluxas tempore luces
Ad caput Imperij ventum eſt, vrbemq; celebrem,
A mercatorum portu haud ignobile nomen
Sortitam, ad rapidi quam garrula littora ponti
Abſolon antiſtes Lundenſis condidit olim.
Hic prope conſpicuum caſtellum mœnibus altis
Coctile martis opus ſtat inexpugnabile cannis,
Oceano circum fluitante ad mœnia circa,
Qua regina genis formoſa ſedebat in arce
Anxia Chriſtophoro charo viduata marito.

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vt verò auguſto videt aduentare triumpho
Chriſtophilum ſeptum procerumq; ducumq; corona
Protinus interno conceptas pectore curas
Exuit, & cœco malè ſaucia carpitur igne.
Et quia non alij, niſi quem gens Dannica regem
Vnanimis cuperet votis, & voce crearet,
Se ſociare thoro pridem promiſſa dediſſet,
Huic ſoli thalami ſuccumbere fœdere ſponſo
Geſtit, & agnoſcens veteris veſtigia tædæ
Præſens præſentem magis admiratur & ardet.
Inſignesq; viri dotes ſub mente volutans,
Et genus, & proauos, à ſtirpis origine prima,
Aduentantem, animum nequit expleuiſſe tuendo.
Iamq; dies optata diu, Iunone ſecunda
Auſpitijsq; dei fauſtis illuxerat alis,
Impoſitura noui regis diadema capillis,
Et reliqua imperij ſolenni inſignia ritu
Collatura, prout fert conſuetudo vetuſta
Arctoi regni, cui Dan fundamina iecit:
Reginæq; nouum thalamo iunctura maritum,
Chriſtophilum, inſignem pietate & laudis honore.
Lætitia exoritur totam feſtiua per vrbem,
Proq; nouo Regni auſpicio, regisq; ſalute
Collatis votis communia gaudia miſcet
Incola, pars flores in limine ſpargit odoros,
Pars virides domuum ſua figit ad oſtia frondes,
Interiora domus pariter conclauia quisq;
Splendidius ſolito, pictisq; tapetibus ornat,
Vt fert cuiuſuis precioſa aut curta ſupellex:
Totaq; læta nouam faciem, cultumq; decorum

Induit vrbs, vt cuncta micent, & ſingula ſaltent.
Stat Mariæ antiquo ſacratum tempore fanum
Vaſtæ molis opus, cui celſæ machina turris
Surgit in aerias condens faſtigia nubes.
Hoc paßim ornatur pannorum diuite cultu,
Teſtaceos circum muros, ſolidasq; columnas.
Ara Tarentino veſtitur murice ſuprà,
Et duo ſplendeſcunt nitidis candelabra lychnis,
Aurea diuiparæ quondam donata puellæ.
Circum aram panno ſubſternitur area rubro,
Qualem diues ouis ſolet Anglia texere telis.
Hinc duo regali ſtant compta ſedilia cultu
AEdificata choro, ſandice & murice tincto
Vellere magnificè cooperta, auroq; nitenti
Intexto ſparſim, rubeisq; inſignia gemmis.
Multa ſimul paßim ſolidis ſuffulta columnis
Aſſeribus conſtructa patent tabulata per ædem,
Vnde videre queat ſpatioſa per atria fani
Solennes ritus vngendi tempora regis,
Et tædæ inſtantis ſpectacula ſacra iugalis
Inclyta nobilium Iuuenumq; ſenumq; corona.
Nec mora ſublimis pendentes vertice turris
Pulſatæ reſono campanæ murmure bombant,
Solennesq; notant feſtiuæ lucis honores.
En nouus auguſta rex maieſtate coruſcus
Magnifica procerum pompa deſcendit ab arce
Illuſtris regis genitor Theodorus ab vna
Parte latus dextrum tenet, hinc celeberrimus auſis
Matris honorificæ frater germanus Adolphus
Occupat incedens tremebundus crure ſiniſtrum,

Bis

Bis ſex flexilibus lituis inflare periti
Et duo pulſantes raucis caua tympana bombis
Anteeunt pompam, quos ſerica veſtit amictu
Exteriore toga, & de lana tegmen eadem
Micra teres capitis candentibus obſita plumis,
Cætera lana tegit flauentis membra coloris.
Hos ſequitur procerum longo ordine culta catarua
Nobiliumq; virum, quibus inclyta Dania mater
Holſatiæq; ſolum dedit ortum, & Cimbrica νῆσος
Cincta latus gladijs & byßi inſignis amictu.
Poſt turbam hanc iterum bis ſex clangore tubarum
Informare ſonos docti veſtigia figunt,
Et duo, qui corium reboanti murmure pulſent.
Quos citò ſubſequitur procerum delecta caterua
Aurea qui regis geſtant inſignia dextris.
Vtpote ſceptra duo fuluo conflata metallo,
Et diadema micans auro, gemmisq; decorum,
Fulmineumq; enſem radijs, maſſamq; rotundam
In crucis affabrè exſculptam, pomiq; figuram.
Hinc rex ante alios ſequitur pulcherrimus omnes
Corpore procerus, populo ſpectabilis omni,
More micans oculis falconis, & ore venuſtus
Eminet, & greſſus ſublato poplite torquens,
Limina diuiparæ ſubit inueterata puellæ,
Tum verò regni proceres monumenta potentis
Inflexis genibus ſacra ſupra altaria ſiſtunt.
Exſtructam cellam precibus rex deditus intrat
Stipatus genitore pio, matrisq; ſepultæ
Germano celebri, maturo ætatis Adolpho.
Poſt ſibi quisque locum procerum capit ordine iuſtum,

Vt ratio ætatis vel honoris poſtulet vſus.
Proximus ad læuam regis, venerandus honore
Otthoniæ præſul, cui campus & vlula nomen
Indiderat, ſedem capit Hennichinus, auorum
Stemmate præcellens, & equeſtri ſanguine cretus.
Adſuit & nitidæ præfectus regius Aulæ
Filius Otthonis, non vlli ſtirpe ſecundus
Quæ gerit inſigni fragrantia ſerta roſarum,
Cui pater indiderat tenero prænomen Erico.
Et Niclaus equûm Daniæ per regna Magiſter
Non virtute ferox minus atqui ſanguine clarus
Cui ſtirps Ronnouidum dederat natalibus ortum.
Nec mora pòſt regina pari ſpectanda triumpho
Deſuper arce ciens greſſus ſubit atria templi
Fœmineo ſtipata choro, nymphisq; decoris,
Et matronarum rutilo velut agmine ſepta:
Auro intertextam chlamidem circumdata limbo:
Iaſpide pendebant ſtellata monilia collo
Ex humeris fuluo nodatis crinibus auro.
Os, roſeasq; genas vultus, & cætera Nymphæ
Omnia Tyndaridi ſimilis, ſpecioſaq; membris,
Quæ matronarum forma pulcherrima quondam
Non habuiſſe parem patulo iactatur in orbe.
Moxq; ſedile choro ſponſi è regione paratum
Occupat, in regem radijs infixa ſerenis,
Quo ſe cunq; mouet, ſtellantia lumina ſeruans.
Conticuère omnes, linguis ſine voce fauentes
Mortales, quotquot ſacra cœperat area fani
Tum pietate grauis, ſublata voce Sacerdos
Poplite curuato recubans, manibusq; leuatis

Inten-

Intentisq; oculis ad ſummi ſydera cœli
Ante aram ſacram, ſolenni veſte reuinctus,
Vota Deo fundens, dignas tibi maxime diuûm
O pater omnipotens, dignas tibi pectore grates,
Et celebris cantamus, ait, præconia laudis.
Quod populum Daniæ tanto complexus amore
Iam nobis natis noſtrisq; nepotibus olim
Poſtmodo venturis tacitis proſpexeris annis
Tanto rege, viro tam relligionis amante,
Vindice Iuſtitiæ, nec enim probitatis egente.
Et quibus Arctoûm virtutibus eſſe decorum
Expediat populo Danorum, ſydere fauſto
Hunc rarum dederis nunc, ſolertemq; Monarcham.
Da pater omnipotens, ad te ſuſpiria cordis,
Ad te vota damus ſublata voce precesq;,
Auſpitium fœlix, ſerisq; fluentibus annis
Succeſſus regis ſceptris largire ſecundos.
Da petimus, viuat longæuos Neſtoris annos
Et centum numeret canos de ſtirpe nepotes.
Tu ſubiecta plagæ boreali regna, virosq;
Pace fouere velis, tuus hoc ſub rege recenti
Creſcat honos, nomenq; ſonet, laudesq; rrſurgant.
Vix ea fatus erat, Iuuenum chorus ecce peritus
Voce ſonare melos, fuſis à præſule votis
Succeſſus optat fauſtos, & carmine plaudit.
Tum rex magnanimus ſe flexo poplite ſiſtit,
Et ſub puluinar genibus procumbit ad aram,
Ad quem conuerſus candenti indutus amictu
Inprimis oleo, quod pixide ritè tenebat,
Tbuno ſacer, pectus detecta veſte perungit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Pòſt ſcapulas , palmamq; manus vtriusq; patentem,
Indice ſublato ſignum crucis inſuper addens.
Et ſic Herculeo præſtantem pectore regem
Alloquitur , ritusq; notans ita farier infit.
Inclyte rex , veteri mos hic manauit ab æuo
Vngendi reges , & imagine dulcis adumbrat
Doctrinam , memori quam rex pie mente recondas,
Dum princeps Daniæ mortali veſceris aura.
Quod mea dextra tuum ſit viſa perungere pectus,
Ardentem in patriam regis depingit amorem,
Ex corde exhibeat populo quem regia virtus.
Non decet ob tenuis commiſſæ crimina culpæ
More furentis apri capitali accendier ira.
Parcere ſubmiſsis & debellare feroces
Nequitia imbutos decet omni tempore regem :
Qui nil ferre ſilens nec aperto lumine nutans
Conniuere poteſt , nec diſsimulare calorem,
Non dignè regni moderari nouit habenas.
Balſama membra leuant medico languentia ſucco
Et cerebrum mulcent fragrantis odore liquoris,
Illita rara genis faciem quoq; læta ſerenant
Sic quoq; rex medicum populo ſe præbeat ægro,
Sit cerebro prudens , nec vultus more tyranni
Induat auſteros , ſi ſubdita turba clientum
Poſtulet auxilium , rebusq; leuamen amaris,
Sit pius & clemens , populoq; affabilis omni,
Vt pater æquus opis ſobolis miſereſcit egentis,
Suauiter & morbis ægram complectitur vlnis,
Sic quoq; rex populum foueat manibusq; ſinuq; ,
Scilicet hoc vtriusq; manus notat illita palma.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

At ſcapulæ fragrans vtriusq; perunctio, regis
Muneris eſſe docet, ſcapulis geſtare miſellos
Subiectos populos, preſſosq; leuare clientes
Præſidio, dubiæ funeſto tempore vitæ,
Seu ſubit ægra fames, ſeu Martius ingruit horror,
Sit regi & populis vnum & commune periclum.
Sic ait, atq; vnctum regem dimiſit ab ara.
Protinus ille ſubit tabulis conclaue refultum
Poſt aram, veſtes alio quò mutet amictu.
Lætitiæ interea dant ſignum tympana bombis,
Et tuba rauca chorum reſonis clangoribus implet.
Muſica ſolenni miſcentur & organa plauſu.
Vt caua concentu trepident laquearia fani.
Haud mora, rex ſcapulis trabeam circumdatus, auro
Intextam, rurſus ſe ſacram ſiſtit ad aram,
Veſtitu reliquo gemmis inſignis & oſtro.
Tum verò altari ſolenni more Sacerdos
Fulmineum ablatum capulo complectitur enſem,
Inq; manum regi dat apertam, ac talia fatur
Hoc gladio, quem ſumma dei rex vncte poteſtas
Tradidit ecce tibi, ciuilis & ordinis autor
Conſeruare probos, reprobosq; retundere diſcas.
Vtq; bis enſe duces duo Midianitidos oræ
Et reliquos hoſtes Gydeon rex, Ioia proles
Contudit, & centum tunc millia quinq; triginta
Suſtulit, ex omni lectis modo gente trecentis,
Enſe, illi tribuit quem ſummi dextra Tonantis,
Vt ſacra teſtantur Samuelis biblia libris.
Sic quoq; tute feros ſi quando aditurus es hoſtes
Exiguo numerum profliges agmine magnum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Mox verò regis, præſul venerandus honore
Accingit lateri, & voces has inſuper addit.
Egregij proceres hic quotquot adeſtis ad aram
Dannorum de ſtirpe ſati, diffuſa corona
Nobilium circùm, reliquumq; ignobile vulgus,
En regem vobis producimus enſe decorum,
Qui caput Arctoæ ſit gentis, & inclytus enſe
Imperij princeps Danici moderetur habenas.
Accipitote virum, nec enim virtutis egentis
Credite non vnquam capient vos tædia regis,
Huic pòſt incumbet vos prouida cura tuendi,
Vos parete viro, & mandata capeſſite læti.
Dixit: at extractum vagina cuſpide nudum
Fulmine candentem, rapidum conuerſus ad Eurum
Aeolijq; plagas Zephyri, & Garamandidis Auſtri
Et Boream Arctoum, mundi diſtrinxit apertas
Quatuor in partes, rex imperterritus enſem:
Atq; armis Danicæ commiſſas gentis habenas
Tutandi ſtudium, ſi rerum poſtulet vſus
Pollicitus, vitæ geminent modo ſtamina Parcæ,
Inſeruit rurſus vaginæ Iaſpide fuluæ
Tum verò Antiſtes ſacram conuerſus ad aram,
En diadema manu fuluum comprendit vtraq;
Ex puro fabricatum auro, gemmisq; coruſcum,
Aptauitq; comæ regis, pòſt plurima fando
Quem voluiſtis, ait, regni diademate cingi
Vnanimes proceres, conſenſu totius Oræ,
Rectorem patriæ vobis propriumq; dicatum
Offero, ciuilis quem prouidus ordinis autor
Ad nos ipſe deus de ſummo vertice cœli

Dimiſit

Dimiſit, Daniæ ſortem miſeratus acerbam.
Eia agite vnanimes, procerum veneranda corona
Turbaq; nobilium, mixtimq; ignobile vulgus
Fulminiæ regis faſtigia ſumma coronæ
Sublatis mecum dextris attingite teſtes,
Quemq; loci prohibet compreſſa anguſtia tactu
Indice ſublato tenues extendat in auras,
Iuratam dextram, regem fateatur, & ore
Iugiter acclamet, votisq; benigna precetur.
Exoritur lætum ſpatioſa per atria murmur,
Et varius manuum plauſus, iuuenumq; ſenumq;,
Tunc verò ore omnes ſublata voce reclamant
Chriſtophilus viuat, viuat rex Neſtoris annos.
Conſimili ſceptrum ritu regale Sacerdos
Porrigit in dextram regi, atq; ita farier infit:
Hoc regere imperium Daniæ rex inclyte ſceptro,
Et tibi ſubiectos prauos cohibere memento,
Leniter & mulcere probos, pietatis alumnos,
Nominis ipſe tui memor, hoc tibi dextra Tonantis
Contulit, idcirco legum monumenta priorum
AEmulus obſerues, veterum & veſtigia regum.
Deniq; materia conflatam ſculptilis auri
Cui formam malum crucis & venerabile ſignum
Inſuper expreßit, maſſam, ſacer ore miniſter
Porrigit in læuam regi, & ſimulachra repandens,
Hoc totius, ait, moles depingitur orbis.
Cuncta capax vtero veluti quæ corpora claudit
Quotquot in orbe deus primo plaſmauit ab æuo,
Sic tibi ſubiectos cordis ſub viſcere claudas.
Et veluti genetrix fibris fouet ægra tenellis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Informem fœtum, teritiq; recludit in aluo,
Pòſt viuum enixum patulis complectitur vlnis,
Et gremio claudens quam ſuauiter vbere lactat,
Sic quoq; te, popnlum brachijs complectier arctis,
Inq; fouere ſinu genitricis imagine ductum
Prædulci legum, verbiq; liquore ſacrati
Rex excelſe decet, memor illius eſto figuræ,
Dum fouet oſſa calor, ſed enim deus ipſe tremendus
Suſtentare manu patulum depingitur orbem,
Quo moneamur ei capiti nos membra ſupremo
Et cordi & curæ expertes diſcriminis eſſe,
Cuius ad exemplum cinctos diademate reges
Subiectos decet auxilio releuare benigno,
Quos ſors læua premit, ſeu durius vrget egeſtas.
Deinde velut cœli mortales circulus ambit,
Sic quoq; Danigenæ tibi nos includimur omnes,
Quotquot in Arctois ſub te, rex, degimus aruis,
Te caput imperij meritò veneramur honore,
Teq; patrem patriæ cuncti ſimul ore fatemur.
At crucis infixæ quoq; te meminiſſe iuuabit,
Namq; redemptorem tibi monſtrat imagine Chriſtum,
In cruce pro nobis diuo qui ſanguine fuſo
Amiſſam lapſis reparauit morte ſalutem,
Illias eſto memor necis, huic conſtanter adhærens,
Innixusq; fide verbi myſteria ſacri
Propagesq; tenax, Zeloq; tuere calenti
Per ſubiecta tuæ borealia regna coronæ,
Nempè per imperium, cui Dan primordia fecit,
Noruagiæq; ferax pinus & roboris alti,
Nauigijs apti regnum, ſic arbiter orbis

Succeſſus

Succeſſus fauſto tibi proſperet omine ſceptri,
Vt facili grandes ſuperes leuitate labores,
Et quod molis alat, quæ de ſe incommoda gignat,
Regis honos, & quanta ciet faſtidia munus
Nullius eſſe tibi videantur ponderis olim,
His alijsq; modis ritus, qui plurima fando
Myſta valet, ſuaui vocis dulcedine pandit,
Et reliquis ſacræ celebratis ordine miſſæ
Ritibus, acclamans regi benedicit, & omni
Nobilium turbæ, tùm ſacra quotquot in æde
Vndiq; circumfuſa cohors iuuenumq; ſenumq;
Spectandi ſtudio circum confluxerat aram.
Ipſe ſedile petit ſponſæ è regione paratum
Stellanti gemmis gladio ſolummodo cinctus,
Demiſſaq; humeris ardenti murice Læna
Iam ſola indutus, quæ ſtamine munera ſponſa
Texuerat, telasq; arctè diſcreuerat auro,
At proceres circa circum tentoria ſiſtunt.
Tum rex Arctoi regni pro more vetuſto
Inſignes aliquot virtute & fortibus auſis
Ingenuo gentis Dannorum ſanguine cretos,
Qui bene de patria meriti virtute fideq;.
Fulmineo extracto, feriens ter leniter enſe
In ſcapulas, equites aurato calcare dignos
Ordinat, imperij pro maieſtate decori.
Mox inflari iterum lituis, & tympana bombis
Rauciſonis tundi, miſceri muſica cantu
Et formoſus hymen hymenæia fundere vota.
Ante aram mediam ſolij ſortita figuram
Auro intertextis roſeis obducta tapetis

Affabrè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Affabrè pictis ſubſellia ſtructa patebant,
Mollia quæ ſupra plumis ſuffarcta tenellis
Serica ſtrata iacent duo puluinaria rubra,
Rex quibus & vultu præſtans Theodora venuſto
Protinus incumbunt, & ſummo præſule dextram
In dextram iungente, thori noua fœdera pangunt.
Dextera iam dextræ miſcetur & annulus aureus
Conſpicuus gemmis nitidis à rege decoris
Inſeritur digitis reginæ, à coniuge nupta
Conſimili vinclo mox aureus annulus alter
Cœruleo Saphyro radians, caſtaq; Smaragdo
Voluitur in digitum regis: tùm myſta verendus
Ambos connubij ſacrata compede nectit,
Quam niſi mors, vitæ contrito ſtamine ſoluat,
Multa ſuper thalami fando myſteria pandens
Commendatq; deo precibus, qui ſydere fauſto
Proſperet, & faciat fœcunda prole beatos,
Increpuere tubæ, & raucis caua tympana bombis,
Totaq; connubij manibus plebs fœdere plaudit.
Sicq; opus omne ſacrum ſolenni more ſolutum eſt.
Vt videt ad finem ſolennia ſacra peracta
Eloquio pollens, præfectus regius aulæ
Protinus inſurgens mandantis nomine regis
Verba ſuprema facit, gratesq; agit ore diſertus,
Nempè quod hunc proceres ſtudijs ſolennibus vltrò
Magnificum ornarint regis reuerenter honorem,
Illius obſequij nec enim fore ſpondet amici
Immemorem regem, dùm parcæ ſtamina rumpant.
Egrediens rex deinde comis diademate cinctus
Inq; manu ſceptrum geſtans, atq; enſe coruſcus

Fulmi-

Fulmineo gemmis, ſe fani poſtibus effert.
Ante ſacri limen templi oſtro inſignis & auro
Stat ſonipes, & dente ferox candentia ſpumis
Mandit frena ferox, qui regem tergore ſeſſum
Suſcipiat, phalariſq; micans transportet ad arcem.
Ille incedit ouans & maieſtate coruſcus
Cæruleo velo præbenti deſuper vmbram
Quod cœli expanſum forma, fultumq; columnis
Delecti proceres aulai ad limina geſtant.
Quà rex altus equo per vicos transmeat vrbis,
Quatuor armati centum ſtant ordine ciues
Induti caligis gilui rubeiq; coloris,
Geſtantes manibus cannas, nitidasq; bipennes.
Ordine mox proceres regem comitantur eodem,
Antea quo ſacri ſubijſſent limina fani.
Inſequitur regina thori pulcherrima conſors
Innumeris Daniæ nuribus comitata decoris,
Virgineoq; choro, auratis inuecta quadrigis,
Quatuor albicomûm quas fortia terga caballûm
Auro intertextis phalaris inſignia giluis
Et capita & caudas plumis ornata trahebant.
Vritur igne graui, & confixa cupidinis arcu
Nil niſi legitimos amplexus coniugis ardet,
Inter Iapygias qua comptior altera diuas
Non fuit, aut animo generoſior: eſſe fatetur
Quam ratione ſibi cerebro Iouis edita Pallas,
Ore venus, pietate parem Saturnia proles.
Fama eſt ancipitem Paridi hæc tria numina formam
Suppoſuiſſe, ſacræ gelidis ſub vallibus Idæ,
Illumq; ætherei neglecta coniuge regis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Cum nata, palmam Cypriæ tribuiſſe puellæ.
Aſt ego crediderim, ſi tunc certamen in illud
Quarta hæc veniſſet, cenſura iudicis æqua,
In dubium Veneris data palma futura fuiſſet,
Gratia tanta tenet vultum & decus eminet ore.
Tum verò æriſono leuium clangore tubarum
Et corio attonſo mixtim reboantis aheni
AEthera concentu ruiturum nube putares.
Quin etiam validis ex mœnibus vrbis & arcis
Deſuper horriſonos eructat canna boatus
AEnea certatim, tellus colliſa fragore
Mugit, & obfuſcat fumus caligine cœlum.
Et præter morem loca ſaltant omnia plauſu.
Quis luxum illius lucis, quis gaudia fando
Exprimat, aut poßit verbis æquare triumphos?
Tres ibi continuos Cleopatræ diuite luxu
Sunt agitata dies lautis conuiuia menſis,
Aſt vbi iam quartum roſeis aurora capillis
Excußis tenebris, ſolis produxerat ortum,
Cuſpide ſpinoſis triplici concurritur haſtis.
Inq; foro patulo luſus eduntur equeſtres.
Rex quoq; cum primis, nitidis cataphractus in armis
Nobilitate viris ſpinis concurrit acutis,
Et pleroſq; ferox animo, grandi impete conti
Turbat equo, palmæ multùm gauiſus honore
Poſtmodo dona foro medio, circoq; locantur
Regia, nempè duo ſtellata monilia gemmis,
Quatuor ex auro textæ rutilante coronæ,
Vnio quas paßim radijs Gangeticus ornat,
Atq; aliud precium palmæ victoribus ingens.

Mox

Mox tuba feſtiuos medio canit æquore luſus.
Ecce pares ineunt leuibus certamina contis
Quatuor ex omni bis lecti flore iuuentæ,
Vt, quicunq; agilis plures confregerit haſtas
Strenuus aduerſa concurrens parte caballis,
Indutus rutilis, quaſi pugnet ſerius armis,
Muneris ille ferat tanti monumenta laboris,
Primus & ante alios ducat poſt arce choreas,
Veſper vbi gelidus mox nigris aduolet alis.
Cunctaq; iam fuerart vbi fine peracta ſecundo
Soluitur horrendum comploſis aere cannis
Feſta dies, & quisq; domum quà venerat hoſpes,
Seu ſale ſiue ſolo properat, nulliq; voluptas
Integra tanta fuit, ſic luxus, gaudia mundi,
Omnia ſic hominum folijs leuiora caducis,
Lubrica, fluxa vagas tandem ſouuntur in auras.
Rex cum coniugij chara conſorte remanſit,
Et decus imperij collapſum turbine martis
Reſtituiſſe ſtudet, vitia inueterata reformans,
Principio leges præfixit ſedulus æquas
Et clemens populo pacem ſtabiliuit amicam.
Iamq; ierat ſolitis nondum cum merſibus annus
En Theodora gerens vterum noua regia coniunx
Eſt innixa ferax fœtum Iunone ſecunda
Et ſobolem pariens conceptam ventre virilem
Danniacæ abſterſit domui veterem inclyta labem:
Nam neq; Vuoldmarus Daniæ per iugera princeps,
Nec virtute minor, belliq; peritus Ericus
Nec rex Chriſtophorus Boiorum ſanguine cretus
Maſculea regnum iam prole beauerat olim.

Rex verò ſobolem ſacrato fonte recentem
Protinus immergi & vocitari iuſsit Olaum,
Multa ſuper regni gaudens hærede tenello.
Aſt ea ſpes regem properata morte fefellit.
Nam puer infirmus teneris extinguitur annis.
Pòſt deus hunc adimens labenti tempore luctum,
Vberiore data genitorem prole beauit.
Quintus vbi exactis completur menſibus annus,
Mater Iohannem peperit Theodora ſecundò.
Hinc enixa ſacræ gaudentem nomine pacis
Filiolum, pòſt iuſto elapſo tempore prolem
Fœminei ſexus, quæ poſtmodo nubilis annis
Pannifenæ regi Scotiæ per cœrula ponti
Orcadibus doti pactis datur vnica nuptum
Conditione tamen, qua ſera redemptio regno
Integra ſit Daniæ, præſcripto tempore caſſo.
Iamq; noui primum regni compleuerat annum,
Per duodena poli currens ſol aureus aſtra
Deniq; finitimos bellum meditatur in hoſtes,
Martis cura ſubit, mensq; implacabilis ardet
Vlciſci Sueones, dignisq; retundere pœnis,
Rurſus & auulſos Daniæ ſubnectere ſceptro.
Scilicet humanæ iam vitæ lumine caſſo
Chriſtophoro (fuit hic regnorum nempè trium rex)
Triplicis exciderat regni diademate diſcors
Fœderis antiqui, pactiq; oblita prioris.
Suetia, quo capiti tria regna incluſerat vni
Margaris impauidi Voldmari martia proles,
Fœmina regnorum celebris regina potentum,
Quando leues validis Sueones compeſcuit armis

Strauit

Strauit & Albertum, concludens carcere, tentum
Cum gnato, ſeptem lapſos, cum menſibus annos.
Reginamq; trium ſe ſolam Marte virago
Regnorum obtinuit muliebri nomine dici.
Credo equidem, nec vana fides, hanc ſemine quondam
Vnius armigeræ Nymphæ Mæotidos ortam.
Degeneres pauidus timor arguit, heu quibus illa,
Marte ferox armis iactata, & ſanguine fuſo,
Perctore quam forti, quæ bella cruenta ciebat.
Nec mora concilium procerum rex inclytus aulæ
Conuocat, & regni cogens vtriusq; Senatum,
Pectore iamdudum fixum, immotumq; repoſtum
Martis opus retegit, cuiusuis vota requirens.
Aſſenſere omnes, atq; vna voce reclamant,
Quod decus imperij, maieſtas inclyta regis,
Poſtulet illud opus regali nomine dignum.

FINIS LIBRI PRIMI.

E 3 DANIA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

DANIADOS
LIBER SECVNDVS.

VER erat, & placidis ſpirabit flatibus aër,
Et calor æſtiuus iam flumina cœrula potenti
Laxarat reſoluta gelu, iam ſæuus Orion
Occiderat, nautas infeſtans æquore ſydus,
Et mare nauigijs aptum & tractabile ventis:
Chriſtophilus valido contextam robore claſſem
Mille ratum parat, atq; armato milite complet.
Funibus illa hæret, ponti ſuper æquore tranans
Tum verò nautæ incumbunt, atq; impete toto
Gnauiter inſtantes ducunt ad littora claſſem,
Vt ſtanno, ſimul ære graues, & puluere cannas,
Suffarctasq; globis, tùm munimenta laborum
Nauibus importent, & ſtrato ponte recludant
Plurima, quæ ratibus Mauortius exigit vſus.
Intentos cernas, & tota ex vrbe ruentes,
Ac velut ingentem cumulum cerealis Adoris
Comportare cauis formicæ æſtate latebris
Incumbunt, hyemis memores, brumæq; futuræ:
Itq; reditq; rapax campis pice nigrius agmen
Et leue, comportans anguſto calle per herbas
Frugiferam prædam, pars mollia grana reponunt
Obnixis humeris, pars altera mordicus ore
Comprendunt, circùm pars ſceptris agmina cogunt,
Increpitantq; moras, curſu omnis ſemita fumat:
Haud comportatum naucleri ſegnius ibant.
Deniq; mole graui peronuſta penuq; viriſq;

Soluitur

Soluitur, & patulum deducitur vncta per æquor
Claßis, & horriſonum mare ventris cuſpide ſulcat.
Vela patent ventis crepitanti leniter auſtro,
Et ratis it portu littusq; vrbemq; relinquens.
Culta maris medio celebris iacet inſula fama,
Quam tenuiſſe ferunt antiquo tempore Gottos,
Inſignes virtute viros & fortibus auſis,
Quos pietate ſacer Gomer, alma propago Iapheti
His poſuit migrans & multiplicauit in aruis:
Huc tandem ponti per cœrula regia claßis
Fertur, & Arctoi ſub littoris appulit oram:
Aſt vbi tanta ratum nemora aduentare per altum
Candidaq; antennis expanſa per aëra vela
Incola tanta videt patulis ſuccedere ripis:
Iamq; viros atq; arma virûm crepitantia ferro,
Et turmas equitum, tormentaq; vecta globosq;,
Et quicquid reliquum Mauortius exigit vſus,
Nauibus incluſum exponi ad caua littora ponti,
Horret, & exanguis timor oſſa per ima cucurrit.
Vt verò tremulus redit ad loca priſtina ſanguis,
Incola & armato ſe cernit milite cingi,
Et certum eſſe, fugæ volucrem ſe tradere turpi
Vel regno Daniæ ſaluis ſe dedere rebus,
A quo deſierat, vel certæ occumbere morti,
Arma furore capit, rurſumq; inſurgit in hoſtes,
Atq; aditu prohibere parat, qui ducit ad vrbem
Visbonam, caput illius regionis, & olim
Nomine præluſtrem mutandæ fœnore mercis,
Diuitijsq;, velut noſtri hoc quoq; temporis æuo
Ferrea clauſtra, fores, cancellatæq; feneſtræ

Diuitis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Diuitis oſtentant veſtigia plurima luxus.
Hic mercatorum ſancita volnmina legum,
Et ſacra irra maris præſcripta recondita fanis,
Hic ius omuigenis ſubuectis æquore dici.
Vt videre Dani præcludi milite callem
Indigena, mox ære pilas complodere cannis,
Et retonare globis dilapſis guandinis inſtar.
Fit via vi, Gottiq; cadunt, & lumina claudunt
Gramina mordentes ſemiuiui dente trementes.
Incola nequicquam tanto perterritus ictu
Fortius inſurgit, ſnror arma animumq; miniſtrat,
Accumulant raptim validum de ceſpite vallum,
Cui ſuper imponunt delecti militis agmen,
Et ſtatione manent, hoſtesq; laceſſere combis
Expanſis ſignis, & vim vi tundere gaudent.
At Danni exſtructi loca, propugnacula, valli
Præſidio eiecto per vim conuellere tentant.
Structuræ ſcalas adhibent, & ſcandere vallum
Nituntur gradibus, crepitantia tela ſiniſtris
Impoſito dracone tenent, veſtigia dextris
Scalarum, & manibus contingere culmina gaudent.
Tum Gotti econtrà validis ſe fortiter armis
Oſtentare viros, & vim vi frangere certant.
Deijciunt ſcalis Dannos, micat ignis ab alto
Diſploſis cannis, rurſumq; retunditur ictu.
Danigenæ tandem congeſtum ceſpite vallum
Aſcenſu ſuperant, oriturq; miſerrima ſtrages.
Præſidio impoſiti collapſi deſuper omnes
Confoſiq; cadunt, metitur corpore vallum,
Antea qua ſteterat quisquis ſtatione recumbens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Sic bene re geſta, quæ proxima ducit ad vrbem
Perrexêre via, furioſi & ſtrage cruenti.
Pars cannas manibus reboantes fulminis inſtar
Pars verò ardentem contextam ſulphure maſſam
Et pice commixtam geſtant, furor iraq; mentem
Exagitant, animusq; Gothos excindere geſtit.
Vt videre rubris aptari mœnibus intus,
Intendiq; cauis cannarnm turribus ictus
Ciuica turba metu præſentis imagine mortis
Depoſitis armis, palmisq; ad ſydera tenſis
Circumfuſa ruit, portisq; patentibus exit,
Et ſe Chriſtophilo curuato poplite dedunt
Et vitas & opes illæſas pacta ſuperbas.
Continuò ex tota populus regione cucurrit,
Chriſtophilum agnoſcens antiquo more dynaſtam.
Et regis Daniæ ſe ſub noua fœdera condit.
Sic re pacata ſene rex comitatus Adolpho
Principe, vaſallo Slyæ ditionis ad amnem,
Qui regi inſignem bello hoc, operamq; fidemq;
Præſtitit, ingreditur turmis ſtipatus in vrbem,
Præſidiumq; locat, duo millia militis intus,
Et turmas equitum totidem, tùm funditus arcem
Deſtruit antiquam, portas de cardine vellens
Ferratas, & multa domum monumenta reportat.
Pòſt Boreæ dare vela iubet, claſſemq; viroſq;
Incolumes ponti per cærula flumina ducens
Appulit ad portum citò, cui mercator auarus
Nomen habere dedit, Sueonum de gente triumphans.
Rex quoq; Naruagiæ pacatas flexit habenas,
Et nihil aduerſum quicquam fecere coloni.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vnum hoc infandum facinus , dignumq; relatu
Inſtitor arreptis peregrinus concijt armis.
Nobilitate vigens Bergis reſidebat in vrbe,
Diuitijsq; potens vir , Olaus , ſtrenuus , audax,
Confidens animi , faſtuq; inflatus inani,
Cuius ſæpè mari dare ventis murice tincta
Carbaſa viſa fuit coniunx , ſic effera luxu,
Vt quoq; contiferum , cinctumq; leone corona
Texuerit velis , Arctoi inſignia regni.
Vir fuit inſignis pelagi pirata patentis,
Et mercatori dare noxia damna ſolebat.
Hinc adeò , merces rate deprædatus opimas
Theſauri ingentem ſpolijs cumularat aceruum.
Mercibus exuti ratibusq; , miſerrima turba,
Conqueſti , oblato regi , data damna , libello
A prædone ſibi ſpoliatas æquore merces
Cum rate reſtitui , votis ſuplicantibus inſtant.
Ille viri grauiter , monſtat ſe ferre rapinas
Sumpturumq; breui pro tanto crimine pœnas,
Suppliciumq; adeò dignum prædone minatur.
Inſtitor amiſſa re cum rate concitus ira
Vindictæ cupidus , regi ratus affore cordi,
Si proprio , quod erat vi raptum, Marte repoſcat,
Et graue piratæ facinus contundat iniqui,
Illius armata vi turbidus irruit ædes
Occluſasq; fores vecti de cardine vellens
Prædonem ad pœnas tanto pro crimine poſcit.
Ille ſed vt rabidum non ſiſti poſſe tumultum
Seq; neci ſolum fuſo cum ſanguine quæri
Seditione graui cernit , nec vota , preceſq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Haud quicquam à populo ſpoliorum vindice pendi,
Ad ſacra vatidicæ ſe proxima fana Brigittæ
Conijcit, haud tardus pedibus, trepidantis aſylum.
Inſequitur rabioſa cohors, furor arma miniſtrat,
Iamq; enſes & ſaxa volant, mens omnibus ardet
Vulnere confoſſum rapido dimittere letho.
Tum pietate grauis montana præſul in vrbe
Accurrens, animos vulgi componere motos
Et mercatoris ſatagit ſedare tumultus.
Ille ſed haud quicquam monitis parere verendis
Præſulis, aſt animus magis inplacabilis ardet.
Iamq; globus per fana volat citus, atq; prophana
Et quibus abdiderat latebris ſe turris inermem
Extrahit, atq; comis miſerum collidit Olaum,
Inſtitor & mixtim contundit cuſpide ferri.
Tum verò præſul ſortem indignatus amici
Multùm obteſtatus precibus, per ſacra per ignes
Ipſe ſacer ſuperincumbens cum corpore pronus
Tutari pauidum fruſtrà tentabat Olaum.
Et quoniam monitus dimittere nollet amicum
Irruit acta cohors furijs, & vtriq; coruſcum
(Heu ſcelus infandum) capulo tenus ingerit enſem
Et iunctos vteris vno duo transfodit ictu
Sacratum corpus iungens exangue prophano,
Et rapidis fano miſcens incendia flammis
Continuò armatam ſoluit de littore claſſem,
Carbaſa dat ventis, & cœrula flumina verrit
Hæc verò magni pòſt vltio conſtitit illis
Præſulis Auſonij ſacrato fulmine tactis.
Namq; interdicti ſacris, labentibus annis

 Chriſto-

Chriſtophilo authores grandi ſcelus ære luebant.
Iamq; potens atauis Sueonum reſidebat in aruis
Carolus illuſtri ſtirpis de ſanguine cretus,
Quæ Findlandiaco, Badonica, rure vocatur.
Et malè ſubiectos ſceptri flectebat habenis
Legitimum nulli ferè ius æquumq; miniſtrans.
Hinc ſibi tantum odij factis conflauit iniquis,
Vt cuiuis hominum ferè deteſtabilis eſſet.
Sentijt aſtutus, vulgi procerumq; furori
Tempore cedendum ratus, ac ne carcere clauſus
Conſcius admiſſi ſceleris fandi atq; nefandi
Turbatus ſolio, miſerè transmitteret æuum,
Ipſe Mydæ, Crœſiq; bonis, Ptolemaide Gaza,
Quam tot nunc annos puri cumulauerat auri,
Et prius imperij quàm regia ſceptra teneret
Largiter inſtructus, feſtiuo tempore brumæ,
Quando mari fera ſæuit hyems, & triſtis Orion,
Quisquis & in toto celebrat Dyoniſia regno
Nequicquam obſeruans mulſo, ſomnoq; ſepultus,
Clam regno profugit per tot diſcrimina ponti
Et rate transuectus Prutenica littora venit.
Haud mora lætitia procerum perfuſa corona
Et quibus eſt populo dare regem ſumma poteſtas,
Quod ſe non ſolio tantum ſubtraxerit vltrò
Carolus, immitis crudaq; tyrannide ſæuus,
Verum etiam profugus patrijs exceſſerit oris,
Quò magis à reditu ſint omni tempore tuti,
Inſignes virtute viros & ſtemmate claros
In Daniam iubet ire feri per cœrula ponti,
Qui pietate grauem & famoſum laudis honore
Chriſto-

Chriſtophilum regem Sueonum de more repoſcant,
Et regni diadema fuga, ſceptrumq; relictum
Sponte repræſentent, dominumq; in regna reportent.
Rex iterum oblatos non aſpernatur honores,
Et triplicis regni ſe regem gaudet haberi.
Hinc cultu inſtruxit decoratam diuite claſſem,
Impoſuitq; viros, Sueonumq; citò appulit oram.
Accipiunt Sueones progreſſi ad littora læti
Et pompa illuſtri regni in penetralia ducunt
Aptantes diadema comis graue ſceptraq; dextræ
Præſule ſolennis celebranti gaudia ritus,
Vpſala cui celebris cathedralem præſtat honorem,
Totaq; turba ruit diuerſis gentis ab oris,
Et ſub iure fidem iurando, Suecia præſtat.
Hîc vbi præclari Stocholmica mœnia caſtri
Inſita monte micant, ponti contermina ripis.
Sic tria iam longos Capiti diuulſa per annos
Regibus antè quidem parentia regna duobus
Vnius in regis coeunt caput, vnius omnes
Stant ſceptro, veteris conſtricti fœdere nexus.
    Interea Holſatiæ comes inclytus obſitus annis
Marte animoq; ferox & regis auunculus vnus
In teneras lethi moriens conceſſerat auras.
Nec quicquam dubij ſuberat, quin Cimbrica tellus
Ad regnnm Daniæ, vt feudum regale rediret.
De terra Holſatiæ, ſed enim contentio mota eſt,
Quem capiat dominum, cui iuſtè ſanguine ſtirpi
Pareat, atq; fidem comiti gens ſubdita præſtet.
    Fortè ſuperſtes erat tunc temporis inclytus Ottho
Qui comes illuſtri ſpeculæ reſidebat in arce,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Stirpe Salingslebius, propè flumina nota Viſurgis.
Maſculei larga ſed ſexus prole beatus.
Hic quia maſculei longinquo ſanguine ſexus
Proximiore gradu defuncto agnatus Adolpho
Iunctus erat iuſtum, feudi quoq; nobilis illum
Hæredem, Holſatiæ comitem pleriq; ferebant,
Rex cognatus erat materno ſanguine tantùm,
Quem tamen ornari comitatu diuite tanto
Nobilium voluit latis pars maxima votis.
Scinditur in dubias procerum mens diſſona partes,
Atq; abit inconſtans ſtudia in contraria vulgus.
Pars ſobolis largæ prætextu temnit Othonem,
Inq; clientelam ſe regis plurima dedit.
Pars verò comitis lateri conſtanter adhærent,
Illius officij memores proauiq; abauiq;,
Quod domui Holſaticæ fortunæ turbine preſſæ
Sæpè manu comites quondam exhibuere cruenta.
Vrbs iacet ad fines Vuagrorum fertilis oræ
Fonte ſalinarum ſæclo celebrata priori
Quas Leo, pugnanti Solymis pro Cæſare in oris
Abſentiq; procul patria tellure remoto
Saxoniæ princeps vi Martis ademit Adolpho,
Et ſale concidit bullantes vbere venas,
Obſtruxitq; cauos ſalſo cum fonte meatus.
Huc tandem proceres numero coijere frequentes,
Iuditium Feudi de conditione ſupremum,
Deciſum eloquio multum ſolertis Arhnoldi
Qui dominum Feudi ſe iactans nomine pleno
Cæſaris aſſedit Lubimara procul in vrbe,
Audituri animis, vbi pacto hoc, dirimitur lis

Illuſtres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Illuſtres Comites agnato ſanguine iuncti,
Qui vulgo domini ſpeculæ vocitentur ab arce,
Quadraginta ſibi capiant tria millia nummûm
Ex auro conflata mero , quos priſca vetuſtas
Rhenanos ſolidos & adhuc nos more vocamus
Chriſtophilo cedant comitatus iura , viroſq;
Pro ſe quiſq; libens , & poſteritate nepotum
Et ſic compoſita lis ardua pace ſopita eſt.
Quas Mars tot bellis & tanto ſanguine fuſo
Anteà non poterat coniungere fœdere gentes,
Nunc vltrò coëunt & eodem principe gaudent.
Nam Slyæ gelidis regio contermina ripis
Ceſſerat extemplò Daniæ haud ignobile Feudum,
Holſatiæ verò tellus à Cæſare regi
Poſtmodo firmata eſt iurata lege clienti.
Grandia Chriſtophilus quoq; fratribus æra ſpoſpondit
Prædibus oppoſitis , vicibus ſoluenda futuris,
Quò Comes Holſatiæ ſolus dominetur in oris,
Ipſius & ſeri poſt fata ſuprema nepotes.
Iamq; fidem Holſaticæ diues regionis in aruis
Incola præſtiterat iurato nomine regi,
Haud mora ſe veterem deflexit ad Albidos vrbem.
Cui nomen tribuit ſaxo pugil inclytus Hama
A Starcatero Poliphemo cæde peremptus.
Incola nequicquam detrectat homagion vrbis,
Sed iurare fidem ſacra per myſteria verbi,
Hoc opus , hic labor eſt , & enim præſtare recuſant,
Moribus antiquis innixi & iuribus æquis.
Quæ ſtirps Holſatiæ fuerat largita benignè
Ciuibus Hammonijs , ſeriſq; nepotibus olim.

Rex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Rex placidè aſſenſit, maiorum infringere iura
Dedecus eſſe ratus, Daniæ ſe in regna recepit.
Poſtmodò magnifica ſpatioſa per æquora claſſe
Inuectus, Sueonum Mauortius arua reuiſit,
Vt populo leges, ius, iuditiumq; miniſtret.
Hic apud impuram Manochorum forte cateruam
Carolus à tergo profugus dum regna reliquit,
Argenti maſſam, & tellure recluſerat aurum.
Hic vbi Stockholmæ iacet inclyta regia ſedes
Chriſtophilus tantis inhians poſt terga relictis
Diuitijs, Monachos verbis compellat amicis
Vt ſibi theſauros monſtrent tellure recluſos.
Illa negare cohors primum poſt voce ſeuera
Atq; minis compulſa argenti pondus & auri
Millia multa recens excuſa numiſmata prælis,
Aurea vaſa, cyphos, & ſculpta toreumata ſignis
Detegit, & regi tellure recondita monſtrat.
Rex hilaris gazam latebroſis eruit antris,
Et nudam Monachis ſedem vacuamq; reliquit.
Fortè recurrentis ſub eodem temporis anno
Pontificis ſummi legatus & ore diſertus
Iniuſſu regis Suecorum iugera luſtrat,
Ritibus inſignis, quibus indulgentia Papæ
Vim dederat ſacram ſoluendi crimine ſontes.
Præconi oblatis nummis, qui crimina ſoluens
Totius regni ſpatioſa per arua per vrbes
Argenti multum, vimq; accumulauerat auri,
Et grandi fidei dubios emunxerat æres
Totius Europæ paßim per regna per vrbes
Prætendens ſanctè, collectum largiter iri

Hunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Hunc tantum cenſum, quò ſic ſolaria pendi
Annua militibus poſſint qui pro grege Chriſti
Arma ferant contra Ieſſæi ſeminis hoſtes,
Quod ſi larga manu nummos plebs ingerat arcæ
Sedula, mox horum audito clangore coruſco
Supplicio acciſas tenebroſa valle morantes,
Ad ſuperos animas veterum remeare parentum.
Vt videt ergo ſuos vacuos ſic velleris agnos
Tonderi Rex ipſe ſibi de vellere tonſo,
Vt domino, partem, Romanæ à præſule ſedis
Poſtulat æqualem tribui, quod & ipſe furentes
Non procul à Sueonum reſidentes limite gentes
Infenſos Chriſto, ſatagat cohibere dicatis.
Hinc ſibi corraſis Sueonum per rura per vrbes
AEquè ac Pontifici nummis opus eſſe profatur.
Sed ſacer Antiſtes cœleſtis clauiger aulæ
Nequicquam cenſus fuit auctus parte retenta,
Quam vafro Sueonum regno corraſerat aſtu.
Namq; vbi ſiculis & mercatoris auari
Mercibus inſertum peregrinis præco Marinus
Ad tua Nornbergum rutilantia mœnia ſaxis
Axe quadrigarum trans æquora publica Lunæ
Portari ſibi, clam cunctis, vt & ipſe putaret,
Spectatè ſatis, & prudens proſpexerat aſtu.
Neſcio quæ pullo vultus velamine nupta
Agglomerata cohors equitum, medio æquore campi
Proſilit, & forti bene onuſtis vecte quadrigis
Excutiunt merces, tum ſtupea vincula nodis
Diſſoluunt, validis exciſa bipennibus, arcta,
Incluſasq; ſacras corraſas fraude doliſq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Diripiunt gazas, & deprædantur opimas.
Auſonio Banni nequicquam fulmine moti
Chriſtophilus vero duplicis ſic munere quæſtus
Auctus ouans regno, regimen poſt terga relinquens
Magnatum Daniæ rurſus remeauit ad oras.
Poſt celebri regni pompa ſe finibus effert
Et veterem populi Vuilſorum tranſit ad vrbem
Hauela piſciferis quàm præterlabitur vndis
Marchia clara tuam, quo Rex ſibi ſanguine iunctos
Illuſtresq; duces vicinæ conuocat oræ,
Et graue concilium tacitis de rebus habebat.
Quando huc tranſierat, celebrem diuertit ad vrbem
Quam dux Rugorum Lubemarus condidit olim,
Nomen at æquoreæ capitis nunc fœderis Anſæ
Obtinet, hunc ciues celebri excepere paratu
Dumq; parum veteri rex feſſus in vrbe moratur,
Excubias ciues & in vrbe frequenter agebant
Per vicos paſsim nocturnas atq; diurnas,
Complentes vigiles armato milite vallum
Non veluti hoſpitio diffidant regis amici,
Inſidiasuè truces metuant ſibi fortè parari
Sed quò cum famulis paſsim circumdatus armis
Tutior incurſu vulgi rex inclytus eſſet:
Nam cupidus rerum vulgus plerumq; nouarum
Cum ſeſe inſuetæ miſcet temerarius aulæ
Diſcordes excire ſolet plerunq; tumultus.
Rex igitur lateri ſeniori conſule cinctus
Spectatum, fuerant viſu quæ digna, per vrbem
Exſpatiatus, vbi ſe tanto milite cingi
Cernit, & excubijs ſic nocte dieq; tueri

Riſit, & excubias eſt ludificatus inanes
Inde per Holſatiæ digreſſus diuitis oram,
Vixq; redux Daniæ riguis conſederat aruis
Participes vrbes ſanciti fœderis Anſæ
Mox oratores virtute fideq; vigentes
Vrbis ad Hafniacæ celeberrima mœnia mittunt,
Qui ſalis æquorei ſeros præſcripta per annos
Integra magnifico regis ſtabilita ſigillo
Obtinuere ſuis, & nutu, iura, benigno:
Deinde reſarciri ſibi vi data damna repoſcunt
Multa mari perpeſſa vago & direpta carinis.
A Myaparonum per pontum gente rapaci
Rex, quia quàm regni Daniæ ſubijſſet habenas
Anteà, tanta mari perpeſſi damna fuiſſent,
Has ſibi monſtrabat nulli curæ eſſe querelas,
Si tamen æquoreæ de certo authore rapinæ
Conſtaret, retegant, pro tanto crimine pœnas
Sumpturum grauiter ſe ſerius ore profatur,
Et quia complures populatum claſſe per æquor
Hactenus ex varia conflati gente vagentur
Deturbare mari hos & tutum reddere nautis
Maiori Daniæ ſibi regi poſtmodò curæ
Affore promittit: legati pectore læti
Digreſſi ad proprios tandem rediere penates.
Pòſt lis inueterata quidem & contentio grandis
Quæ ſuſpenſa diu iam plures hæſerat annos
Expedienda Rota Romani præſulis aulæ
Inter honorificos ſumma pietate virentes
Trauifluæ Myſtas cathedræ veteriſq; Suerinæ
Et patrum Luneburga tuam populoſa, coronam

Ob præſcripta ſalis dimenſa negata Salinis
Debita præſulibus veteri de more duobus,
Arbitrio laudi regis dirempta quieuit,
Hic vbi cœnobium puri ſtat in æquore campi
Interea Sueones abſenti rege tumultus
Tam proceres regni, quam mobile vulgus agebant.
Nobilibus doluit, totis & habebat amarè
Viſceribus, ſibi Dannigena de ſanguine cretos
Indigenis, patrij præfectos arcibus arui,
Præpoſitos regni totius honoribus eſſe.
At fremere inconſtans animis variabile vulgus
Deq; abſente queri, rabioſo murmure rege,
Et quoniam rarò regni penetralibus adſit
Aut præſens, ſi quando tamen citò ſe efferat aruis
Oppreßis malè præſtari ius, peius & æquum.
Omnia præfectum ſcrupuloſa negotia nutu
Arbitrioq; regi, vænalia, iusq; bonumq;
Tum regni gazas, argenti pondus & auri
Immenſum, toties regali claſſe reuectum
Nec ſcio quæ plura effrenis mendacia linguæ
Prætendere viri, quibus icti fœdere nexus
Iurataq; fide decedere poſſe putabant.
Rex fama grauiter tam conſternatus acerba
Principijs obſtare mali, flammisq; tumultus
Se parat, & ferro tantos componere motus,
Inſtruit armigeram fluitantem littore claſſem
Impoſuitq; viros, tormenta glebosq; penumq;,
Multaq; nautarum quæ claßicus exigit vſus,
Præcipuè inſignem comitatum ex flore iuuentæ
Nobilis Holſaticæ, lectum claßi inſerit amplæ,

Inſtructum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Inſtructum famulis, armis, telo, atq; Caballis,
Iamq; ferox animo ventis dare vela iubebat,
Et recta rabidi ſpatioſa per æquora ponti
Inuehitur frendens, mox ſalua claſſe viriſq;
Suetica periuræ contigit littora gentis,
Vt videt à triplicis dilapſos fœdere regni
Infregiſſe fidem periuros atq; rebelles
Degeneres Sueones, & ſignis Martis aperti
Aerè ſublatis Danicis obſiſtere habenis.
Atq; palam regno regem prohibere minantes,
Acrius attonitus rex ſæua efferbuit ira,
Et ſua produxit ſpatioſis agmina ripis,
Conſeruiſſe manus cum lapſis fœdere gaudens,
Inſtruitur patulis acies Mauortia campis,
Cominus & ferro pugnatur vtrinq; coruſco,
Horriſono exploſis miſcentur verbere cannis
Igniuomæ glandes, & plana per æqnora ſerpunt,
Exoritur ſtillans effuſo ſanguine ſtrages
Horrida, ſæua, diu victoria conſtitit anceps:
Tandem Danigenæ ſuperati vulnere & armis
Succumbunt, Sueones palma potiuntur ouantes.
Tum verò profugos ſectantes cæde trucidant
Dannigenas miſeros, aut captos carcere claudunt,
Vt paſſim Danicas ſquallentia rura cohortes
Corpore metiri cernit, mucrone necatas,
Rex abit & calces oſtendit prouidus hoſti,
Et ſacrum ad claſſis rectà contendit aſylum.
Protinus inſequitur vulgi numeroſa caterua,
Omnibus vna fuga mens conſuluiſſe ſaluti.
Vt tetigiſſe rates iam littore fortè ſolutas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Copia nulla datur, gelido pars flumine merſi
Se nando faciles puppes contingere tentant,
It labor in caſſum, quibus haud globus, ignis & enſis
Interitum poterant pugnis inferre cruentis,
Abſtulit æquor edax & funere merſit acerbo.
Audiſſes miſeros vlulatus, murmura, planctus,
Et geſtus tremulos vidiſſes æquore ſparſos.
Maxima continuò pars gurgitis occidit æſtu.
Altera iactando per ſalſum brachia pontum
Enatare ſtudet, littusq. reuiſere tentat,
Pars ſubmerſa caput tenus & lachrymabile collum
Illiſos regerit fluctus manibusq. leuatis
Exſpuit ore animam diſcerpta voraginis æſtu.
Rex tamen Vpſaliæ fani cathedralis honore
Inſignem myſtam medio certamine captum.
Auexit ſecum Daniæq. adduxit in oras.
Aſt vbi cognouit myſtæ penetralia cordis
Dedita tota ſibi donatum munere miſſum
Fecit & ad charos iuſsit remeare penatos.
Tum vero Sueones periuri pectoris æſtu
Antiquum patriæ Carlum penetralibus optant,
Mox Boruſsiacas, vbi tunc conſederat, oras
Delectos proceres oblatum ſceptra coronamq.
Vnanimes mittunt, qui regem in regna repoſcant.
Annuit ille quidem, ſed enim pòſt deinde reuerſus
Et ſibi commiſſas regni moderatus habenas
Vt videt infido, animos, & pectora vafris
Plena dolis Sueonum, nec ſtare fideliter olim
Quæ ſibi de regno dederant promiſſa recepto
Perfidiæ populi & ſceleris pertæſus iniqui

Imperij

Imperij tandem ſe ſceptris abdicat vltrò
Conſtituens ſatius priuatam degere vitam.
Præſul at Vpſaliæ dimiſſus carcere pridem
Munifici regis memor & candoris aperti
Temporis interea ſibi nil reliquum eſſe putabat,
Quin manibus pedibusq; & tota mente laboret,
Sollicitet, moneat, moueat, precibusq; fatiget
Immemores fidei proceres vt pectoris iris
Sedatis regem ſumma pietate verendum
Chriſtophilum ſibi concilient, regnoq; repoſcant,
Sed fuit illud opus fruſtra, vaniq; laboris
Auulſos animos antiquo fœdere iungi
Poſt vbi Chriſtophilum cognouit Martius armis
Affectum tanta Suecorum clade per arua,
Ecce Gerhardus equis & denſo milite ſeptus
Per freta, per rapidi piſcoſas Albidos vndas
Traijciens rectà Holſatiæ contendere ad oras
Prædibus à fratris ſolidorum millia poſcens
Quadraginta ſibi pacto ſoluenda recenti,
Cum ius Holſatiæ regi iam ceſſerat olim.
Hi quia non adeò poterant citò cogere nummos
Ipſe Gerhardus adit caſtella arcesq; propinquas
Holſatiæ, hæredem quoq; ſe terræ eſſe profatus.
Rex igitur fratris pactorum vindicis iram
Sedatum, Holſatiæ ſalebroſas contigit oras.
Et citò magnatum conuentus indicat vrbe,
Quæ ſibi de fragili nomen ſortita carina eſt
Quò grauiter queſtum, ſibi de non ære ſoluto
Confidens animi & præſtans virtute Gerhardus
Se quoq; contifero comitante ſatellite ſiſtit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Et ſibi pacta lui pro iuris parte virili,
Aut partem cedi regionis poſcit auitæ
Rex animum fratris renouatis prædibus explens
Pòſt vicibus paribus luiturum ſe, æra ſpoſpondit.
Interea patria Theodora Duciſſa reuerſa
Defuncti vita Holſatiæ ducis vxor Adolphi
Ad ſponſalitij fundi ſe rura recepit
Hìc vbi ſtat vetus arx Reinoldo condita vallis
Qua mare piſcoſo miſcetur fluctibus Eydræ.
Dumq; per Holſatiæ telluris iugera tranſit,
Erneſto comitata, ſibi tunc ſanguine iuncto,
Qui ſeſe Honſtenio comitem de ſtemmate natum
Iactabat, ſibi nequicquam telluris amicæ
In fundis metuens à claro ſanguine nato
Nobiliore viro Holſatiæ, cui campus & ala
Nomen habere dedit Benedicto, viribus impar
Illuſtris mulier campo infeſtatur aperto:
Nam ſibi præ reliquis comitem Benedictus auebat
Abductum tradi vel ſacras iuret ad aras
Quod præfinito ſe ſiſtere tempore vellet
Ipſe comes, quamcunq; vocet Benedictus in vrbem,
Vt tandem redimat ſe captum munere lytri.
At Theodora ferens grauiter ſcelus illud iniquum
Conqueritur miſſo legato ſupplice regi,
Grande nephas referens, ſcelus eſſe & morte piandum,
De tota quondam meritam benè gente Duciſſam,
A qua rex teneris cum fratribus altus ab annis
Affinem regis, per regia rura meantem
Impingi telis mulierem, viq; coactam
Illuſtrem comitem prædoni cedere captum;

Quod

Quod ſi nulla animo veteris ſtat gratia facti
Communi ſaltem regionis pace fruatur,
Et rex imperij pro maieſtate decora
Mandet vt illuſtris clauſtris ſoluatur iniquis,
Inq; pedes liber comes, illi ſanguine iunctus
Carcere proſiliat peregrinis hoſpes in aruis.
Rex viduæ precibus demulſus & ipſe nefandum
Dedecus eſſe animo ſimulans, patriæq; ſibiq;,
Conſtrictum comitem dimitti carcere iuſsit.
At regis ſenſus Benedictus nouerat imos
Nec prius is tentum clauſtris dimiſit inanem,
Quatuor ac ſolidum conuenti nomine lytri
Millia pendiſſet redimens comes ære ſalutem.
Inde diu non poſt elapſo ſubſtitit anno
In ſponſalitij caſtri Feudalibus aruis,
Sed pertæſa ſoli, patrias remeauit adoras,
Niclaum à patrijs præclaro ſanguine cretum
Conſtituens Theodora ſagax, qui præſes in arce
Subducta reditus reddat ratione quotannis.
Aſt vbi ſe luſum cernit comes eſſe Gerhardus,
Nec quicquam ſtari ſibi pacto prædibus ære,
Ilicet implacidus furibunda accenditur ira,
Et freta trans Albim conducto milite denſo
Traijciens iterum Mauortius aduolat aruis,
Holſatiæ populos paſsim populatus & agros,
Immemor officij quoq; ſub iuuenilibus annis
Accepti, viduæ Theodoræ hoſtiliter arcem
Oppugnat, lautisq; furens graſſatur in aruis.
Chriſtophilus fratris conniuens conſcius armis
Commotos ſimulat ſeſe ignorare tumultus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

At comes interea regales occupat arces,
Hanrouiam, propè ſæua tuos Dietmarſia fines
Exſtructam, nunc Rantzouiæ quæ ſubdita ſtirpi eſt,
Et quæ, Primslao ſuperato rege potenti
Cæſaris auſpicijs, celſa ſub rupe, Luderi
Condita, ſortita eſt deuicto nomen ab hoſte,
Tum cui Gottorum pagus propè Slyidos amnem
Nomen habere dedit, validis ſibi ſubijcit armis
Principio clemens populares vendicat auras,
Affectuq; ſibi vulgus, deuincit amico,
Præcipuè Marſos, qui propter flumina Storæ,
Et per Vuilſorum reſidebant pinguia rura,
Et cuius ſcrobibus diſtincta paluſtribus arua
Irrigat Eidra maris commixto gurgite gentem:
Hi dominum vnanimes agnoſcunt ſponte Gerhardum
Nobilium contrà totus Mauortius ordo
Obſtitit, obſequium comiti præſtare recuſans,
Quandoquidem regi iurato numine ſoli
Antè fidem dederat, cui ius ditionis opimæ
Ceſſerat ipſe comes, fidei iuſſoribus æris
Iam pridem pacti, pro tanto iure, receptis.
Nec mora legantur, qui cœpta inimica Gerhardi
Chriſtophilo referant regi auxiliumq; repoſcant.
Tum rex approperans Vuagrorum contigit arua,
Hìc vbi victrici ſub rupe arx eminet alta,
Et ſub prætextu fratrem accerſiuit honeſto
Ad ſe præſtantem belli virtute Gerhardum.
Vt venit inuitus regredi prohibetur ab arce,
Non vt captiuus, ſed enim cuſtodibus aulæ
Circumſeptus erat, ne quò dilabier arce

Clam

Clam profugus poſſet, prius ac cum rege viciſſim
De pacto ſibi iam dudum tranſegerat ære.
Poſtmodo Marſchalci ſummo vice regis honore
Holſatici per rura ſoli eſt decoratus & arces.
Rex Daniam repetens bellum meditatur in Anglos,
Cauſa grauis ſuberat quia vi ferroq; proterui
Præfectum cui rex terræ medio æquore fixa
A glacie Arctoa ſortitæ nomen habenas
Tradiderat diro confoſſum vulnere quondam,
Et medio tulerant aduecti claſſe feroces:
Adde quod acceßit renouatæ occaſio litis,
De veterum grandi reſtanti pondere nummum.
Quos proauo Henrico materno ſanguine regi
Coniuncto comiti, lapſis Eduardus ab annis
Olim debebat, quando victricibus armis
Militiæ ſtudium non gratis præſtitit Anglis.
Et validis Gallos vicinos contudit auſis,
Illorum capiens regem medio agmine pugnæ,
Et ſupplicem ante pedes Eduardi poplite ſiſtens.
Huic quia tanta vnquam ſtipendia ſoluere nollet
Anglia diues opum, rex vi, quod ſæpius vltrò
Impetrare nequit, iubet extorquere Britannis
Inſtruit armigero completam milite claſſem,
Immittitq; mari, tum quasq; per æquora ponti
Anglorum naues velis contingere poßint,
Has ſpoliare iubet direptis mercibus omnes,
Quod niſi ſe dedant Dannorum claßibus vltrò,
Mercibus expoſitis capiant nauesq; viroſq;.
Hæc lis Teutonicæ, quia magna negotia mercis
Anglica tractabat diuerſa per oppida, genti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Plurima damna dedit, nec enim vagus inſtitor hoſpes
Teutonica tellure ſatus, per rura pererrans
Anglica mercatum, paßim ſolummodo partis
Mercibus exuitur, quin fœdo carcere clauſus
Cogitur & merces luere & grauis ære ſalutem,
Poſtea in immenſum ſucceſſu temporis aucta
AEquè damna mari dedit occurrentibus Anglis.
Tandem Maſtricij Brabantæ gentis in vrbe
Vndiq; dirimitur ſancito fœdere pacis
Hinc Myoparones pontum dimiſit in altum
Aduerſus Sueones ſolenni fœdere lapſos,
Et memor acceptæ iam pridem vulnere cladis
Famoſos iubet ire citò ſpatioſa per æquora nautas,
Vt quoſcunq; viros pelago deprendere poßint,
Qui regno importent Sueonum quocunq; locorum
Subſidium, ſpolient, mutilent, nautasq; ratesq;
Aſt illi immemores mandati, claſſe feroces
Deijciunt quoſcunq; datur ſuperare facultas,
Seu regno importat, ſeu nauita præterit oram,
Deripiunt, ſpoliant, ſine quo diſcrimine gentis.
Fortè Lubecenſes, precioſis rebus onuſtæ
Occurrere duæ, Sueonum de ruribus vna,
Altera de Rigis ſpatioſa per æquora naues.
Quas Myoparonum violenter nautica turba
Deijcit, & clauſas merces prædatur opimas:
Inſtitor ablatas ſibi merces Rhetore miſſo
Conqueritur regi, ſed vana querela precesq;
In ventos abiere leues, merx quippe rapaces
Per varias diſtracta manus partita latebat,
Poſtmodo ſubſidium Sueonum transmittit ad arces,

Quas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quas Rex fautrices ſibi adhuc ſeruauerat olim,
Gens vbi deficiens leuior ſurrexerat armis
Et regem Sueonum victrix exegerat aruis
Militia expertes homines mare claſſe prementes.
Hi cum militibus virtute tuentibus arces
Coniunctis animis coëunt, & viribus æquè
Excutiunt caſtris valida vi Martis Iuarum,
Nomine qui Carli fautrices cinxerat arces
Obſidione graui, profugumq; per æquora turbant.
Nec mora tanta fugæ probra ſarciturus Iuarus,
Inſigni virtute manus, & fortibus auſis
In Daniam rectà numeroſo milite tendit,
Et cum rege palàm, volitantibus aëre ſignis
De ſumma imperij Sueonum confligere gaudet.
Chriſtophilus vero maiorum exempla ſecutus
Vt videt herboſis Daniæ ſuccedere campis
Periuros Sueones expanſis aëre ſignis,
Non minus inſtructo ſpatioſis agmine campis,
Et turmis equitum validis occurrit Iuaro,
Contudit infidos turmis victricibus hoſtes,
Et pleroſq; feros mactatos ſtrage peremit,
Quam plures capiens redimentes ære ſalutem.
Inde per Holſatiam celebrem rex lætus ad vrbem,
Qua ſeſe exonerat Trauæ fons piſcifer vndis,
Præſulibus comitatus abit tribus, atq; Gerhardo
Nobiliumq; virûm denſa coeunte caterua,
Vt tandem Sueones intercedente ſenatu
Præſulibusq; tribus, Daniæ cum rege potenti
Exutis armis ſancirent fœdera pacis.
Octo dies Sueones rex expectabat in vrbe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Temporis interea, ſe plurima damna tuliſſe
A Myoparonum ſinuoſa per æquora turba,
Inſtitor exhibita membrana ſupplice regi
Conqueritur precibus dimiſſè, damna rependi
Obſecrat, & merces taxatas ære refundi.
Rex quia mitis erat, nec enim ſuccreſcere gazas
Exitio alterius regales æquus auebat,
Supplicibus votis clementes præbuit aures,
Damnaq; legitimo taxari pondere nummum
Iuſſit, & excuſſa damnum ratione datorum
Millibus eſt marcis tranſactum quinq; viginti.
Et quoniam in promptu tantos corradere nummos
Illicet haud poterat, pro pacta clade luendos
Ciuibus indigenis perpeſſis damna Lubecæ
Vrbem cum caſtro ceſſit vice pignoris vltrò,
Quæ ſibi de fragili nomen ſortita carina eſt.
Millia quinq; tamen tranſactis inſuper addant
Et ius Rantzouio redimant quod competat arcis
Et ſic legitime pro pacta clade fruantur
Iuribus vtentes, vice pignoris arcis & vrbis,
Millia marcarum dum rex luat vſq; triginta
Quando velit caſtrum redimens vrbemq; viroſq;.
Protinus accelerans præſenti rege ſenatus
Chilonijs vrbis dominis parere Lubecæ
Iureq; iurando quo deditus antea regi
Laxato, mox conſulibus iurare iubetur.
Poſtmodo præfecto, quem conſtituere Lubeci
Iurauere fidem circum grex accola fundis.
Hæc cum Trauicola dum rex paciſcitur vrbe,
Ecce procelloſi longinqua per æquora ponti

Nauibus

Nauibus aduecti tandem applicuere Lubecam
Tempeſtate moram cauſſantes, ſtemmate clari
Prognati Sueones procerum delecta corona,
Plurima conditio hinc confertur & inde ſalubris,
Sternitur & cupidæ via concors plurima pacis
At labor in caſſum ſtudio manauit inani.
Stat Sueonum ſtabilis procerum ſententia mentis
Imperij ſolio Carlum priuare decoro
Nolle, nec extorrem, veluti rex ipſe petebat,
Eijcere inuitum regno, niſi cederet vltrò.
Rex metuebat enim, nec opinio fortè fefellit,
Si regno exutus patrijs hæreret in oris
Carolus, & Sueones, gens lubrica, mobilis, excors
Nec fidei ſeruans, priuatum regis honore
Quotidiè Carlum, rerum ſtudioſa nouarum
Cerneret ante oculos, ſi occaſio fortè daretur,
Rurſus ad antiquum deſciſceret improba regem
Sicq; infecta re pacis diſceditur vrbe.
Et quia deficerent ſperatæ fœdera pacis,
Rex ſcelerum vindex tantorum efferbuit ira
More furentis apri, manet alta mente repoſta
Fracta fides populi, ſpretiq; iniuria ſceptri.
Contrahit inde nouas inſignes Marte phalanges
Militis, atq; equitum glacialis tempore brumæ,
Quando viæ niuibus coopertæ, & flumina paßim
Marmoreo conſtricta gelu, quibus vndiq; poßit
Inuia tranſiri per ſaxea clauſtra viarum
Et recta Sueonum populoſas tendit ad oras
Vt non ſperantes boreali frigore brumæ
Agminis incautos tanto ſtratagemate cinctos

Funditus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Funditus opprimeret, quàm vulgus ad arma recurrat.
At Sueones oluere dolos, & milite denſo
Occurrere vias penetrantibus hoſtibus arctas:
Tum quia rex agmen medijs producere campis
Non poterat, iuſtæq; acie confligere pugnæ
Rupibus extenſis, & acuto calle viarum
Implicitus, verſis tandem eſt retrocedere plantis
Et dare terga graui perpeſſa claſſe coactus.
Occubuere neci quingenti ſanguine partim
Ingenue nati, partim ſine nomine vulgus.
Tempora circiter hæc quoq; clari ſtirpe Lubecam
Introijere duo comites à Cæſare miſſi,
Mons quibus & dederat cognomen lucifer ales,
Ex his alter erat præſul venerabilis vrbis,
Inſignis veteri monumento & funere Druſi,
Qui comiti inſinuant iuſſum imperiale Gerhardo
Iuditioq; citant, vt cauſam dicat in vrbe,
Quod ſponſalitijs fundis ſpoliauerit olim
Immeritò, viduam Theodoram fortis Adolphi.
At comes inſontem purgans ſe à crimine culpam
Tranſtulit in regem, qui pactos pendere nummos
Detrectans damni perpeſſi præbuit anſam.
Rex igitur viduæ ſortem miſeratus acerbam,
Dum procul Holſatia patrijs conſederat aruis,
Porro octingentos ſolidos pro dote quotannis
At tunc continuò pro paſſa clade ducentos
Et duo dependi ſolidorum millia iuſſit.
At comes haud quicquam ſummo Viceregis honore
Totius Holſatiæ fœcunda per arua potentis
Contentus, terræ dominus præſumpſit haberi.

Protinus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Protinus indicta ſolenni luce Phryſones
Conuocat Eydra ferax quorum irrigat arua colonos,
Rureq; vicinos habitantes vbere glebis,
His ſibi monſtrato regis diplomate fratris.
Deiurare fidem verbis perſuadet amicis.
Aſt illi obſequium comiti præſtare fidele,
Vtq; ſoli domino minimè parere recuſant.
Tanta amplexa virum eſt popularis gratia vulgi,
Quam magis atq; magis meritis ſibi fouit amicis.
Nec quicquam grati, qui ſanguine gentis equeſtri
Seſe iactabant prognatos, præſtitit vnquam
Semper eis rigidus factis aduerſus & aſper
Exſtitit exitium potius, quam commoda quærens
Attamen exigui pòſt lapſu temporis aula
Diſcors allatum eſt regis diploma priori.
Sicq; hominum dubiæ ſubrepſit opinio menti
Tantanè cœpiſſet ſubitò mutatio regem
An vero diploma prius ſub fraude latenti
Ficticium cupidas vulgi manaſſet in aures.
Sed tamen innixum comiti pòſt vulgus adhæſit.
Rex vbi mandati poſtrema faceſſere ſenſa
Nolle rebellantes reſciuit ſponte Phryſones.
Siſtere. plebæos truculenta ſtrage tumultus
Conſtituit, validasq; manus mercede coëgit
Militis, adiutus nummis, armisq; virisq;
A ſibi vicinis coniunctis fœdere Martis
Vrbibus, irriguus quarum vnam perfluit Albis
Altera nauigijs celebris per flumina Trauæ
Armigerasq; manus expanſis aëre ſignis
Aduerſus fratrem producit in æquora campi,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Et ſocios belli dilapſos regē Phryſones
At comes ad Marſos ſe cinxerat vrbe paluſtrī
Et ſcrobibus fiſſa madidis tellure latebat.
Hic vbi Vuilſorum propè Storæ labilis amnem,
Poſteritas & adhuc fœcundis conſidet aruis.
Hos ſibi tam meritis populos deuinxerat arctis
Vt non horruerint vnquam capitale periclum
Mortis adire leuis, propriamq; effundere vitam,
Pro comite illuſtri, ſi rerum poſtulet vſus.
Aſt vbi diffidens ſocijs, regalibus armis
Se minus eſſe parem ſpatioſa per æquora cernit,
Clam ſocijs gelidæ per opaca ſilentia noctis
Transfugit & veterem trans Albim migrat ad arcem
Rex ægrè agricolas compeſcuit enſe rebelles
Contritam renouare fidem, ſic gratia vulgi
Ferbuit in comitem, memor & fiducia facti.
Holſatia profugus tandem tellure Gerhardus
Nil minus abſtinuit prædis, pelagiq; rapinis,
Nec mora caſtellum propè littora curua Viſurgis
Struxit, & omnigena collectam gente rapacem
Colluuiem impoſuit, ſceleris capitalis aſylum.
His ſocijs ſeptus diuerſa per æquora ponti
Prædatur quaſcunq; datur contingere naues:
Præcipuè Hammoniæ ſuffarctas mercibus vrbis,
Et quæ trans pelagum portantur opima Lubecam.
Namq; his præ reliquis grauiter ſuccenſuit vnis,
Iam pridem quod erat comitatu exutus auito,
Quando miniſtraſſent regi nummosq; virosq;.
Quin etiam patrij prædatur in æquore campi,
Et licet expertem per Vueſtphala rura pericli

Conductum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Conductum dederat donatus munere ſaluum:
Nil minus ipſe tamen pòſt mercatoribus aufert
Innumeros pannos, fidei immemor arce recondens
Delmenhorſtiaca, prædasq; exercet opimas:
Eſſe Lubecenſis, quiq; incolit Hammonis vrbem
Mercatoris ait merces, cane peius & angue
Quos odiſſe refert, & apertos intimat hoſtes.
Interea ſenior rex Carolus occidit annis,
Er rurſum coeunt ſtudia in contraria Sueci:
Pars Daniæ regem, quo defecere repoſcunt,
Maxima pars reprobant generoſo ſtemmate nati,
Deq; ſuo regem poſcendum ſanguine cenſent.
Ergo per appoſitum tempus ratus eſſe gerendi,
Quo iamdudum animo fixum immotumq; ſedebat.
Chriſtophilus mercede manus conduxit ad vrbem
Nauigijs celebrem & piſcoſi flumine Trauæ,
Impoſuitq; rati pòſt denſa claſſe profectus
Incolumis tandem Suecorum allabitur oras.
Occurrunt ſubito Sueones & ad arma reclamant.
Moxq; aditu prohibere ſtudent, rex acrius inſtat,
Et feruens animo, tumidos inuectus in hoſtes
More furentis apri, multos dimiſit ad orcum
Ipſe manu, frendens ad vtrumq; paratus & aptus,
Aut reparare comis regni diadema decoris
Fortiter aut pugnans famoſo occumbere lætho.
Sed quamuis ſtrages commiſſa ſit aſpera pugnis,
Tincta cruore frequens, victoria qua ſtetit anceps,
Rex tamen occiſis aduerſo Marte magiſtris
Agminis & fuſo truculento milite lætho
Succubuit, victusq; rates ſubit æquore vectus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

In Daniamq; fugit, belli pertæſus iniqui
Fœdifragi Suecis regni diadema relinquens,
Poſtmodo nec rurſus truculentis viſus in aruis.
Dum procul Holſatia per flumina cœrula ponti
Chriſtophilus Sueones impugnat longius armis
Immemores fidei, comitem reuocare Gerhardum.
Qui vicina Eydræ coluerunt arua Phryſones,
Quod ſi nauigijs vicum remearet ad amplum
A domibus qui nomen habet, cui fluctibus æquor
Alluit atq; iterum biſſenis defluit horis,
Totius fieret dominus regionis ad Eydram.
Ergo comes ratibus præfixas appulit oras.
Cœpit & oblatas vltrò ditionis habenas,
Se quoq; prætendens hæredem gentis auitæ.
Rex vbi cognouit fratrem redijſſe Gerhardum,
Et dominum clauſtris reſidere paluſtribus Eydræ,
Surgit, & indigenæ conſcribens militis agmen,
Auxilioq; ducis, duo qui bouis ora ferocis
Geſtat Alexandri quondam monumenta monarchæ,
Vi comitem exturbat capta ditione, Gerhardum,
Et ſibi fœlici ſubiecit Marte Phryſones
Authores tanti conuictos lege tumultus
Abſciſſis capitis ceruicibus enſe necari
Partim membra rotis collidi iuſſit acutis.
Aſt alijs noxam mulctatis ære remiſit.
Poſtmodo decrepitis belli pertæſus in annis
Pontifici ſummo facturus vota ſalutis,
Tempore qui patrum mos vanè inoleuerat olim,
Auſoniam parat ire ſenex caput orbis ad vrbem,
Quando ſacri imperij Fridericus flexit habenas.

Principe

Principe Saxoniæ Iano lectaq; caterua
Nobilium comitatus abit, quem fortè meantem
Per fœcunda ſoli Francorum vitibus arua
Inclytus imperij Cæſar Fredericus ad vrbem
Quam præter Tuberis reſonis dilabitur vndis,
Excipit, & pompis auguſtam ducit in vrbem,
Atq; vbi de varijs ſermonem rebus habebant
Rex ſibi finitimos habitare paluſtribus aruis
Martigenas populos, genus inſuperabile bello,
Omnibus infeſtum vicinis, robore Martis
Gentibus excellens reliquis, de ſtirpe Gygantum,
Nullius imperio ſubiectum, ait, acre, ſuperbum,
Maiorum iactans ſe libertate feroci,
Hos petit auguſti tribui ſibi munere Feudi.
Immunes populos Cæſar dignetur in vnum
Conſtabilire ſacra pro maieſtate ducatum.
Annuit imperij præſes moderator & orbis,
Participemq; precis regem dimiſit amicum.
Inde pruinoſas ſocijs comitatus ad Alpes
Chriſtophilus ſuperans prærupta cacumina montis,
Contigit Italiæ Saturnia iugera regni:
Tum quacunq; loci, villas tranſiret & vrbes
Magnificè acceptus fuit, & affectus honore.
Incolumis tandem per tædia longa viarum
Mœnia Dardaniæ ſubit vrbis, mille triumphis
Iam quondam celebris populorum totius orbis.
Sixtus Apoſtolicæ tunc gaudens ſedis honore
Præſul erat ſummus, Chriſtiq; vicarius vnus,
Qui regem Arctoë gentis, veterumq; Gothorum
In ſacra ſyderijs decorata palatia gemmis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Excipit hoſpitio, & dubijs conuiuia cœnis
Inſtruit, Attalicum dapibus redolentia luxum.
Colloquium interea varijs de rebus agebant
Adhibito verbis linguarum interprete gnaro.
Præſulis Auſonij capit admiratio mentem
Sermonis Latij regem non eſſe peritum,
Nec ſtudijs quondam tantum incubuiſſe Monarcham.
Triplicis attulerat ditionis munera ſecum
Scilicet halcces, quos Scandia rignit obeſas,
Et qui Noruegiæ capiuntur in æquore piſces
Non procul à Bergis, & quas dat Suetia pelles
Quadrupedum ingentis precij, quibus omnibus æquè
Pontificem donat, quàm qui de cardine nomen
Obtinuère ſacrum rex maieſtate coruſcus.
Et quoniam votum iam ſeris fecerat annis,
Ritè Paleſtini tellurem inuiſere regni,
Et Chriſti ſacrum manibus tetigiſſe ſepulchrum.
Præſulis abſoluit ſemidiui plena poteſtas
Chriſtophilum voto, ſed enim dependere nummos
Ad ſancti flatus ſtructuræ fana recentis
Imperat, & regem decoratum munere largo
Vrbe, triumphali pompa dimiſit amicum,
Ornauitq; roſa, veluti qui gente potenti
Et populis diues, Romano à rege ſecundus
Mœnia Dardaniæ præſens inuiſerit vrbis.
Dum rex Heſperia patrias remearet ad oras
Virtute Albertum celebrem iuuenilibus annis
Marchia, cui patrij parebat limitis arui
Magnanimo comiti, cuius rex fœdere lecti
Vxorem neptem raræ virtutis habebat,

Vt ſoceri patrem canæ pietatis honore
Motus adit, ſenioq; grauem cupido ore ſalutat.
Poſtmodo digrediens ad Rhæni littora venit,
Adſciſcensq; duces ad ſe Brunonis ab vrbe
Cui cupidæ dederat prænomen gratia pacis
Et Magnum capita inſigni taurina gerentem
Ruppinumq; Iobum comitem, fratremq; Gerhardum.
Horum conſilijs truculenti prælia Martis
Inter Agrippinæ cathedræ feruentia cleros,
Magnanimumq; ducem Burgundæ fertilis oræ,
Qui tunc ad gelidi ſpumantia flumina Rhæni
Obſidione graui cingebat mœnia Nuſſæ,
Compoſitis animis pacem ſancire parabat.
Sed labor in caſſum regis manauit inauis.
Dux regi grates tam pronæ mentis agebat
Muneribusq; domum caſtris dimiſit onuſtum
Chriſtophilus ſacro defeſſus itinere, tandem
Ad patrios redijt ſuperato calle penates,
Et reliquum vitæ, pertæſus Martis amari
Pôſt iam, decrepitis ætatis grandior annis
Transdare pacificis tranquilla per ocia rebus
Conſtituit, lapſo ſi tempore fortè daretur,
Quod neq; per cædes, neq; per vim Martis aperti
Hactenus haud vnquam ſtatum poſſet reparare.
Temporis interea Sueones nùm fortè puderet
Acciſæ fidei, veterisq; ad fœdera nexus,
Diſsidio exuto, concordes ſponte coirent,
Obtinuit natum, maiorem ætate Iohannem
Conſenſu procerum, Daniæ diademate cingi,
Conſortemq; chori Chriſtinam, ſanguine cretam

Saxoniæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Saxoniæ illuſtri, claro genitore creatam
Erneſto, qui tunc Myſorum Marchio terræ,
Tyrigetisq; fuit celebris Lantgrauius oris
Connubio iungi nato, propriamq; dicari.
Albertus patruus ſponſam deduxit ad vrbem,
Hîc vbi Ciſcinis, exſtructum mœnibus, oris
Roſtochium Muſis prope littora Baltica floret.
Innumeris comitatus equis, pompaq; coruſca
Auratis tereti currentibus axe quadrigis.
Hinc maris horriſoni ſpumoſa per æquora vecti
Magnifico, inſtructa regali claſſe, paratu,
Incolumes Daniam veniunt Aquilone ſecundo:
Mox vbi feſta dies agitur regiq; recenti
Sponſa datur nuptum Chriſtina, thoroq; locatur,
Et lauto Crœſi celebrantur gaudia luxu.
Albertus Dania patrias rediturus ad oras
Mœnia Trauifluæ deflexit ad alta Lubecæ,
Principe quem digno plebs excepêre paratu,
Et dubijs epulis conuiuia lauta parabant.
Dux quoq; ſub gelidæ tenebroſo tempore noctis
Lampadis accenſis lychnis, facibusq; coruſcis
Per ſpatioſa fori ſubſtratis æquora arenis
Præberi populo luſus mandauit equeſtres.
Exhibuitq; iocos vulgo ſpectante duelli:
Ipſe quoq; inſigni, rutulis cataphractus in armis
Nobilitate viro, ſpinis concurrit acutis,
Armatumq; virum properato turbine conti
Præcipitauit equo madidisq; inuoluit arenis,
Poſtmodo Chriſtophilus conuentus inclytus egit,
Hîc vbi Reinholdi ſub limibus ardua vallis

Vrbs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vrbs antiqua iacet, quam fluctibus irrigat Eidra,
Quadraginta viris octo, populiq; Magiſtris,
Thietmariæ ſaluo conductu rure vocatis,
Cæſaris his monſtrat ſacrum diploma potentis
Cui parere iubet, ſeq; hinc agnoſcere regem
Legitimum patriæ dominum, quam corpus in vnum
Holſatiæ inſertam, cum Storæ affinibus amni
Nomen habere ſinant populoſi illuſtre ducatus.
Prætendere viri Frederici inſignia primi
Iura, quibus Myſtæ cathedralis ſedis alumno
Hic vbi Brema micat populoſa Viſurgis ad amnem,
Harduico, & ſedis pòſt ſucceſſoribus huius
Præſulibus Feudi dominis parere iubentur
Poſtquam Ditmariæ comes vltimus occidit enſe:
Huic ſe non alijs & adhuc parere fatentur
Quam cathedræ illuſtri Bremenſi, cuius in aruis
Dietmariæ bibulis & adhuc conſidere conſtet
Præfectum, quo non animo deſciſcere certum eſt
Dum calet illorum circum præcordia ſanguis.
Rex inferre iubet, comitis poſt fata Rodolphi,
Dithmariæ populos diuerſo temporis æuo
Cognouiſſe duces diuerſos, quippè ſecundi
Tempore Vuoldmari generoſi ſanguine Dannis
Pòſt comiti Holſatiæ ſubiectos, ſæpe relapſos,
Nunc patriæ dominum vanè prætexere clerum
Sed quia Diethmarſis ſic ſtabat opinio menti,
Vt Daniæ ſceptris vltrò ſe dedere nollent,
Rex interſtitium non vno longius anno
Conſilio procerum pepigit cum gente feroci:
Interea reputet ſtudioſa mente ſalutem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Et regi Daniæ ſe prono pectore dedat.
Hinc propè Chiloniam tendens rex ſubſtitit vrbem
Sleſuiciæ Holſatia qua ſcinditur amne, ducatus
Rex vbi nobilium tota præſente corona
Henningum inſimulat ſceleris, fandi atq; nefandi.
Fertile cui pratum dederat cognomen auitum,
Hic quando expenſis hypothecæ nomine marcis
Millibus, & regi numeratis quinq; viginti
Præfectus Tundram validam poſſederat arcem,
Agricolis nares & trux præciderat aures
Heu ſcelus infandum quoſdam ſine crimine culpæ
Carnificis perimi ferientis iuſſerat enſe.
Ad placitum extortos quia nollent pendere nummos.
Filius Henningi quoq; Vuolffius vbera cultro
Abſcindi iuſsit mulieri, quippe coacta
Detracto propriæ ſoboli pia lacte tenellæ
Noluit ipſius gnatum lactare mamillis.
Ergo Chriſtophilus meritò commotus ad iram
Ob ſcelus infandum, fortunis exuit amplis
Poguitium, caſtrumq; hominis vaſtauit opimum
AEquauitq; ſolo, Vuernam, procul ipſe tyrannus
Finibus à patriæ Polabas conceſsit in oras
Principis Alberti ſperans per vota ſalutem.
Nil valuere preces, vario tentata labore.
Gratia per ſobolem, per amicos, ſanguine iunctos
Nil iuuit, labor in caſſum manauit inanis.
Sic tandem exilio curis confectus & annis
Guſtrouiæ teneras vitam exſpirauit in auras.
His etiam pleroſq; vocans rex fortè diebus
Nobilitate viros celebres adſciuit in arcem

Cui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Cui mons præruptus dedit & victoria nomen,
Qui debere ſibi ſortem cum fœnore regem
Conqueſti fuerant ratio eſt ſubducta libellis
Millia ſunt inuenta quidem numerando ducenta,
Et quadraginta marcarum millia quinq;
Fœnore commixto ſorti, rex concitus ira
Vt cernit numeris excedere fœnora ſortem
Pollicitus ſortem luiturum fœnora nunquam
Poſtrema Holſatico populo hæc monumenta relinquens
Rurſus ad vndifluæ Daniæ ſe contulit arua,
Pòſt vbi diſpoſitis prudenti pectore rebus
Quas poſt fata ratas ſuprema volebat haberi
Cum finem vitæ ſentiret adeſſe propinquum,
Corpus & aſiduo grauiter langueſcere morbo
Commendans animam cœlo, corpusq; ſepulchro
Imperij ſceptris, vita ſaturatus & annis
Rex, vt homo, vitæ mutauit tempora letho:
Et placidè tenues animam exſpirauit in auras
Corpus in vrbe Roë ſiugultu totius aulæ
Totius & populi plangore reconditur vrna,
Et regum Daniæ infertur pro more ſepulchro.

FINIS SECVNDI LIBRI.

AT Stenonem interea Sueones cognomine Sturum
Præſidis à Carli ſenioris morte Canuti
Ipſius in regimen populi adſciuere nepotem,
Præſidis & titulo ſaltem decorare ſupremi.
Tum vero Daniæ pro maieſtate ſenatus
Ad Stenonem, & proceres, legatos æquore mittit
Oratum, veteri ſanciti fœderis æuo
Et pacti memores, cui Suecos vinxerat olim
Margaris vna trium regnorum Martia princeps,
Halmſtadiæ patriæ procul haud à finibus oræ
Conueniant regemq; nouum pro more cooptent,
Qui tribus Arctois regionibus imperet vnus,
His, Steno natura dominandi captus amore,
Cordeq; ſub tacito cupidus regalis honoris,
Nil licet ipſe minus verſabat pectore clauſum
Quam procerum Halmſtadij grege comparere frequenti,
Vt tamen hoc, animo quod dudum inſederat imo,
Callidus ad tempus tacitus cælaret, ad vrbem
Se cum complicibus præfixa luce futurum
Annuit, & Satrapas Daniæ ſpe luſit inani.
Namq; emenſus iter procerum ſtipante caterua,
Quis ſimili fallax animi perſuaſerat aſtu,
Poſthabitis proprijs ob commoda publica regni
Se iam legitimo ceſſurum ſceptra Dynaſtæ
Halmſtadij regni conuentu vtriusq; ſenatus,
Vt venit Aluaſtrum deſeſſus itinere præſes
Subſtitit vrbe parum, requie quò colligat artus,
Ecce repentino ſubeunte per oſſa dolore

Spontane-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Spontaneum ſim ulat languorem corporis æger.
Vt ſine præſenti fragilis diſcrimine vitæ
Languidus vlterius procedere poſſe negaret,
Spontè cibi & potus adeò faſtidia fingens,
Quò grauius morbi prætexat fraude dolorem.
Vt ferè ſpontè fame ſe confeciſſet amara.
Nec minus interea ructaret inane palatum
Et deſyderio ſtomachus potusq; cibiq;,
Ac nè ſuſpitio conſuetæ pectore fraudis
Ingruat, abſtractum digito regale ſigillum
Magnificis patribus ſe tunc comitantibus ægrum
Tradidit, ore rogans tremulo, qui corporis acri
Detentus morbo, veluti præ lumine cernant,
Halmſtadium nequeat præfixum ad tempus adeſſe,
Ipſi adeant proceres, & quæ de rege creando
Communi proceres regnorum, vno ore probarent
Ipſius appenſo firmarent vota ſigillo.
Perſenſere dolos proceres, fraudemq; latentem,
Nolle ſigilla viri capere, at mox vrbe relicta
Re ſimul infecta ad patrios remeare penates.
Nil minus Arctoa Satrapis regionc vocatis
Magnates Daniæ inſignem pietatis Iannem
In regem populi votis vtriusq; cooptant
Interea ſolitis completis menſibus anni,
Edidit ancipitis fortunæ ſydere gnatum
Regia connubij conſors, cui nomen auitum
Inditur hìc, nitidis vbi turribus eminet altis
Arx noua Baltiaci prope gargula littora ponti.
Deinde Calenburgum conuentus indicat amplos
Rex nouus, huc proceres regnorum conuocat omnes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Magnificoſq; viros, quibus eſt data cura quotannis
Præfecturarum reditus cenſere libellis.
Frater erat Fredericus adhuc impuberis anni,
Cui quoq; de populis genitoris morte relictis
Concilio procerum quò proſpiceretur abundè
Chilonia rurſus conuentus indicat vrbe,
Quò regni proceres nec non vtriusq; ducatus
Magnifici patres, vrbem ſubiere frequentes.
Adfuit & mater charo viduata marito
Fœmina conſilij prudens Theodora ſalubris.
Principio Holſaticis viſum eſt, æquumq; bonumq;
Vt, quoniam regi duo florentißima regna
Ceßiſſent, fratri concedat vtrunq; ducatum,
Sleſuigam Daniæ deuinctum munere feudi,
Holſatiam imperio, cui quondam Romulus auſpex
Approbat Holſatici ſenſus Theodora ſenatus,
Et ſic proſpectum natis ſatis eſſe putabat,
Quæ licet ediderat partu pia mater vtrumq;
More tamen matrum natu Theodora minorem
Semine naturæ grauius complexa fauore eſt,
Illius idcircò ditionum parte virili
Impenſe curam ne fraudaretur habebat
At ſuadere patres regni conſultius eſſe,
Vt quia regna duo quis ſit prefectus Iannes
Lubrica nitantur procerum ſolummodo votis
Ius nec ad hæredes regum aut ſucceßio tranſit
Noruegiæ regnum Fredericus ſumat opimum,
Et regi ſoli concedat vtroſq; ducatus,
Sin minus hoc iuſtum videatur & vtile matri
Tam regno pariter, quàm ſorte ducatibus amplis

Diuiſis fratrum ſua portio cedat vtriq;
Diſuadere alij, ſed enim ſic ſorte ducatus
Noruegiæq; ſimul partitum nobile regnum,
Semina diſsidij proceres redolere profantur
Fratribus: illorum dum vitæ fata manerent
Sic benè proſpectum, ſed enim labentibus annis,
Luctiferam belli præbere nepotibus anſam.
Aſt alij procerum ſenſu deſiſtere nolle
Quos genuinus amor naturæ ſanguine nexus
Vinciat, illorum patrum poſt fata nepotes
Diſsidij expertes facilè fore, voce reclamant.
Obtinuit tandem magis hæc ſententia mentis,
Et matri placuit reginæ, quippe recentes
Viderat infidos Sueones à coniuge lapſos,
Inſtabilemq; fidem tacito ſub pectore verſans,
Regnorum votis procerum quæ lubrica conſtat,
Inq; duas partes ſortiri poſtulat æquas
Holſatiæ terram, & ditionem Slyidos amnis.
Poſtmodò Noruegiam rata fratres inter vtroſq;
Partitum facilè ſucceſſu temporis iri.
His quoq; Poguitij ſoboles conuentibus exul,
Ac opibus fiſco inſertis exuta paternis
Ob patris admiſſæ rigidiſsima crimina culpæ,
Rurſus ab exilio patriam reuocatur in oram
Cum venia regis, bona reſtituentis adempta,
Quæ res inſignis peperit præconia laudis
Egregio ſceptri noua ſub primordia regi.
Poſtmodo Chilonia rex rebus in vrbe peractis
Suſcipiens vtriusq; nouas ditionis habenas
Partim iure ſuo, fraterno nomine partim,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Proximus vt tutor, Daniæ ſubit arua reuerſus,
Et ſibi regalem conferri ritè coronam
Poſtulat, inſignis titulo tenus vſq; per annos.
At proceres nexère moras, quò Suetica tellus
Temporis interea, Daniæ dilapſa coronæ
Rurſus ad antiquum fœdus vel ſponte rediret,
Vel prius vt ſenſus occulti pectoris imos
Et mores poſſent indagine noſcere regis,
Qui magis impenſè genitoris vt acta reuoluit
Ingentem cumulum peregrini repperit æris,
Oppidaq; idcircò paſsim cognoſcit & arces
Sleſuigæ oppoſitas vice pignoris eſſe ducatus,
Totius & Daniæ ferè vectigalia regni,
Publica, quando pater poſt funera fortis Adolphi
Holſatiæ ſibi ius, ab Othone coemerat ære,
Fratribus & nummos luerat pro parte virili.
Vrgebant proceres ſibi ſolui, credita quondam
Chriſtophilo, à nato redimi quoq; pignora nummis.
Rex igitur meritis ſibi quò deuinciat arctis,
Principio proceres regni & luat ære vaſallis,
Imperat immenſos Daniæ per iugera nummos
Holſatiæq; auro, nemoroſa per arua potentis,
Et per contiguam ditionem Slyidos amni
Conſenſu procerum, de quoquo vomere binos
Accipiens ſolidos, alieno pro ære luendos.
His data pignoribus bona rex, vtriusq; ducatus
Nobilibus tanto cum laudis honore redemit,
Vt cunctis quibus ære fuit pater inclytus heros
Obſtrictus lueret, nec enim ſibi poſtmodo quisquam
Per fas perq; nefas minimum quereretur ademptum.

Tertius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Tertius exierat ferè iam cum menſibus annus,
Ex quo Chriſtophili poſt vltima fata parentis
Nomine Danigenum decoraſſent regis Iannem,
Nunc verò ſtudium regis, curamq; fidelem
Experti proceres, vltrò deferre coronam
Vnanimes ſatagunt, & dextræ tradere ſceptrum.
Ergo coronatum coeuntibus vrbe frequenter,
Cui ſtatio nomen dedit & mercator auarus,
Noruegiæ adſcitis primatibus æquore vectis
Principibusq; viris germano ſanguine natis.
Regnorum accipiens capiti diadema duorum
Solenni in regem ritu ſtabilitur Iannes,
Et cum Chriſtina thalami conſorte iugalis
A ſummo Daniæ Laxmanno Antiſtite regni
Ante ſacram fani cathedralis inungitur aram,
Rex vbi militibus veteri pro more creatis,
Eſt quibus auratum calcar geſtare poteſtas.
Inde triumphali comitatu regia luxu,
Contendens celebri conuiuia regia luxu,
Præbuit Attalicas dapibus redolentia menſas.
Per ſoles aliquot, quibus aulæ more peractis
Per ſpatioſa fori concurritur æquora contis,
Et ſimulachra ioco pugnæ exercentur equeſtris,
Quîs alios alij ſpinoſi cuſpide conti
Inuecti rapidis deturbauere caballis
Spectanti fragilis fortunæ exempla cateruæ
Præbentes, leuis & veſtigia ludicra ſortis.
Vt cataphractus enim de ſumma ſede coruſcus
Vectus equo, contoq; ferox ſupereminet omnes
Mox vbi progreſſus palmarum præmia ſperans

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Corruit, & madidas recubans metitur arenas:
Sic plerunq; virum, quem ſors euexit in altum,
Deijcit, & lautæ deturbat culmine vitæ.
Fortunam reuerenter habe, caſumq; futurum,
Tempore conſilio prudens præuertere diſce,
Quisquis in excelſo poſitus ſplendeſcis honore.
Et iam feſta dies ſolenniter acta quieuit
Quisquis & ad patrios remeauerat vrbe penates,
Quando oratores Gedano, celebriq; Lubeca
Acceſſere noui gratantes regis honorem,
Iuraq; per Daniam ſeros obtenta per annos
Integra firmari ſatagunt rex fronte ſerone
Annuit, auguſto renouans rata iura ſigillo:
Tum vero comitem patruelem regis Iobum,
Quod mare piratis infeſtum prædo teneret,
Conſortes ſpolians exutis mercibus Anſæ,
Ad regem miſeris incuſauere querelis
Excindiq; mari ſocijs petiere carinis.
Hic ſed Iobus erat ſoboles generoſa Gerhardi
Chriſtophili fratris, qui pridem à fratre repulſus
Finibus Holſatiæ veterem transfugit in arcem
Vndè Thiterico genitus patre duxerat ortum,
Hinc latrocinijs prædis, crebrisq; rapinis
Deditus, infeſtus pede prætereuntibus arcem
Vel curru vel equo procul haud rabido amne Viſurgis
Cæſaris Auſonij grauiter delatus ad aures
Damnatur capitis, datur arx validiſsima muris
Quisquis eam primus vel vi vel callidus aſtu
Expugnare queat pleno cum iure fruendam.
Ergò a Bremenſi cathedralis præſule ſedis

Munſte-

Munſteriq; ſacri mitrato Antiſtite fani
Participum auxilio ſocialis fœderis Anſæ
Obſidione graui vallatur mœnia circum.
Sed quia non poterat violenti turbine Martis
Inſidijsue capi, ferè inexpugnabile caſtrum
Præſule Bremenſi poſt Martia caſtra mouente
Ac redeunte domum, præcluſis vndiq; vicis
Munſtero grauiter validis inſtante baliſtis
Obſeßi profugi caſtrum clàm noctè relinquunt.
Ventriculi ſtimulante fame ſuper ilia villos:
Eijcitur patria tota cum prole Gerhardus,
Inq; poteſtatem Munſteri ius abit arcis:
Hinc comes infeſtum ſpolijs mare prædo tenebat
Principiò genitor, poſt fata ſuprema parentis
Filius, & quoſcunq; mari comprehendere poſſet
AEquoreæ addictos ſocialis fœderis Anſæ
Diripuit ciues, & mercibus exuit amplis.
Red ſed in abſentem comitem ſibi ſanguine iunctum
Noluit ob prædas grauius decernere quicquam.
Et iam cinctus erat duplicis diademate regni.
Moxq; triumphali cum claſſe coruſcus Iannes
Noruegiam inuiſens Asloæ allabitur vrbem,
Inde, ferè exacto genialis tempore veris
Diſpoſitis rebus decedens, claſſe relicta
Perq; iter ingreſſus denſis iuga conſita ſyluis
Nydroſiam venit, claris vbi mœnia pompis
Conſpicuis ſubiens manibus plaudente ſonoris
A populo accipitur regniq; ſacratur honore:
Hinc abiens, toto decreta ſalubria regno
Ante obitum ſtatuens Daniæ rurſum appulit oram.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quem reducem proceres celebri excepere paratu
Gaudia multorum celebrantes feſta dierum.
Tanta apud ingenuos præclaro ſanguine natos
Tanta apud vrbanos fragrabat gratia regis.
Nec leue certamen ſubijt variabile vulgus
Principe cum tanto, quoniam hic virtutis amore
Clementiq; animo nec trux nec deuius æquo,
Sed celebris populo voluit bonitate probari:
Tum plebs obſequijs, ſtudijs, pietate fideq;
Virtutes tanti ſatagebat vincere regis:
At populi ſtudium probitas ſuperauit auita
Principis, imperium qui tanto laudis honore
Rexit, vt & ſuperis ſimul & mortalibus ægris
Gratus & acceptus fulgens virtutibus eſſet.
Nec deerant belli tamen exitialis amantes
Aures pacifici tundentes murmure regis
Vt Sueonum faceret periuræ prælia genti,
Nempè quod hi triplicis dilapſi fœdere regni,
Margaridos nixum, defuncti tempore patris
Immemores fidei rupiſſent Marte rebelles,
Rex quibus haud dubiè patulas improuidus aures
Mouiſſet, rigidusq; noui primordia regni
Sanguine fœdaſſet, niſi mox à matre retractus
Conſilium placida mutaſſet pace cruentum.
Namq; ſagax animi mulier ſub pectore verſans
Turpia plena dolis Sueonum periuria gentis,
Et quæ contigerant ſub tempeſtate mariti
Prælia profuſo ſtillantia ſanguine paßim,
Sedula maternis monitis obtundere natum,
Ne Sueones contra ſceleratos bella moueret,

Tutius

Tutius imperij ſine cæde & ſanguine ſceptrum
Geſturus, quin more ſuo pateretur inultos
Viuere, pòſt patrij ſaturatos ſanguine belli
Atq; inteſtini pertæſos ſtrage tumultus
Compoſitis animis antiqui ad fœdera nexus
Spontè reuerſuros ſine cæde & ſanguine fuſo.
Rex faciles monitis genetricis præbuit aures,
Atq; illa veſcente quidem mortalibus auris
Abſtinuit bello Sueonum, pacemq; quietam
Prætulit horriſonis Martis lachrymabilis armis
Contentus duplicis regni decoratus honore.
Nil minus interea proceres regniq; ſenatus
Suecorum Satrapas hortari ſæpe rebelles
Sollicitare frequens concordis ad otia pacis
Legatis miſſis vltrò citroq; peritis,
Qui genere illuſtres valuerunt plurima fando,
Vt vetus ad Daniæ ſceptrum vel ſponte redirent
Commemorare tribus quantum Borealibus oris
Expediat triplicis non ſoluere vincula gentis:
Hinc adeò Stenonem tandem pepulere ferocem,
Et toti procerum pòſt perſuaſere Coronæ,
Vt fidei memores iuratæ numine quondam
Ad vetus vnanimes ſe vinctum ſponte referrent,
Exutisq; armis præferrent otia pacis.
Conuentus igitur triplicis regionis habendos
Calmariæ ſtatuunt, quò poſt coiere frequentes
Regnorum proceres, vbi mox totius equeſtris
Ordinis vnanimi ſtudio, Stenonisq; proterui
Aſſenſu, Sueonum rex deſignatur Iannes:
Attamen annexo certarum tramite legum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quas ex compoſito pacis ſimulator & æqui
Decreto addiderat Steno, Vafro deditus aſtu,
Vt ſi quando fide non vellet ſtare, foramen,
Quò labi poſſet vulpecula ſemper haberet:
Nempè quòd omne patris conflatum ſolueret æs Rex
Ex Daniæ Gazis, & damna rependeret æquè
Omnibus interea perpeſſis tempore belli,
Tum quoq; decidi ventura æſtate, ſerenæ
Calmariæ triplicis conuentu gentis habendo
Suffragijs procerum, rex aſſentiret Iannes,
Cui, triplicis regni ditio fœcunda Gothorum
Inſula Danigenum mandata hucusq; faceſſens
Poſtmodo venturis regna eſſet ſubdita ſæclis.
Et licet hæc certa ſuffulta electio lege
Viſa fuit, quam rex prudens non fortè probaret,
Quod belli Gothicam ditionem iure teneret,
Quam nunc longinquos retrò præſcripſerat annos,
Nec porrò auelli Danorum gente volebat:
Aſſenſere tamen proceres ob præmia pacis
Decreto, Stenoniq; parum indulſere feroci.
Aſt homo nequicquam fidei ſub pectore ſeruans
Subdolus, impenſe dominandi accenſus amore
Serius ex animo nil quicquam vanus agebat,
Moribus aſſimulans, vultu, ſermone benigno
Vt ſentire eadem, lepidæ quæ nectare linguæ
Exprimeret, fuco tibi perſuaderet inani.
Namq; domum fuerat conuentu quando reuerſus,
Omnia plena dolis & ficti pectoris aſtu
Calmariæ veri prætextu egiſſe bilinguem
Protinus eueutus docuit, quia temporis inde

Oblitus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Oblitus fidei, rerum quoscunq; nouarum
Percupidos, Martisq; ſiti flagrare ſciebat,
Et magis ad lituos, quàm pacis ad otia, quorum
Comperit arrectas naturæ ſemine mentes,
Hos precibus, precijs, opibus, ſpe, munere, nummis
Sollicitare frequens, mulcere, onerare, monere,
Aurea pollicitus reparato præmia regno.
Hinc adeò rurſus dilapſi rege rebelles
Fœdifragi partes Stenonis cœpere tuendas.
Vt verò ſcelus hoc fuco veſtiret honeſto
Diſsidij in regem culpam reſidere profatur,
Quod neq; defuncti ſtatuiſſet debita patris
Soluere, decretum nec enim de ſede Gothorum
Vellet habere ratum: ſed quàm fuit illud vtrunq;
Commentum Stenonis linguæ ſub fraude doloſæ
Teſtatum reliqui proceres liquere verendi,
Qui ſtabiles Regis manſere à partibus æquis,
Et quibus ambitio, Stenonisq; immenſa cupido
Regnandi Sueones ſub pectore ſubſtitit ægrè.
Idcirco aſsiduo Stenonem obſecrare rogatu
Vt regnum abſq; dolis & ficti pectoris aſtu,
Deferret rurſumq; fidem præſtaret Ianni.
Nil valuere preces, conclamat ad arma rebelles
Perfidus, & monitis magis indureſcit amicis.
Iamq; ætatis agens ſextum ferè circiter annum
Natus Iohannis prænomine clarus auito
Imperij conſors Daniæ per iugera princeps,
Conſenſu procerum regni inueſtitur honore,
Hic vbi Vuiburgæ ſtant mœnia fortia muris.
Rex vbi natura tranquillæ pacis alumnus

Vndiq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vndiq; pacatum nec diſcors Marte teneret
Imperij ſceptrum, rebusq; vacaret agendis,
Quæ populis parerent per ſubdita regna ſalutem,
Et quo fortunæ ſucceßibus aucta ſecundis
Vtraq; gens tanta ſub pace vireſceret alma
En tribus à populis coniunctis viribus æquè,
Nempè Scotis, Gallisq; feris, ſocijsq; Britannis
Conflatur bellum citò tota per æquora ponti,
Qui quoscunq; mari nullo diſcrimine gentis
Præcipueq; Danos illorum littora velis
Mercandi ſtudio tangentes, æquore vectos
Deijciunt, mutilant, nec enim ſolummodo merces
Diripiunt, ſpoliantq; feri, quin compede vinctos
Abducunt homines ſecum, tum deinde remittunt
Verberibus grauiter pulſos & vulnere fœdos:
Quod naues aliquot precioſa merce refertas
Chriſtophilus quondam pugnacibus abſtulit Anglis,
Hinc quia præfectum terræ glacialis in aruis
E medio tulerant confoſſum cuſpide ferri,
Et quia delicti non vellent dicere cauſam,
Rex precio vendi merces mandauit ademptas
Inde grauis pelago creuerunt ſemina belli,
Quod licet elapſos aliquot requieuit ad annos.
Nunc tamen erupta cicatrice recruduit atrox.
Rex verò patula perceptis aure querelis,
Quas ſibi quotidiè perpeßi damna ferebant,
Indigenæ, crebris membranis æquore mißis,
Ad Britanum regem celebrem, Gallumq; Dynaſtam
Hos de pace maris monitis compellat amicis,
Indigenisq; ſuis ſinuoſa per æquora vectis

Poſcit

Poſcit iter tutum pelagi, vacuumq; rapinis.
At fruſtrà monitis operam conſumpſit inanem:
Nam magis atq; magis cupidis ſæuire rapinis
Prædones cœpere maris, totumq; tenentes
Infeſtum ſpolijs, nullo cohibente, pererrant.
Ergo repreſſurus validi vi Martis aperta
Prædonum malefacta mari, fœdasq; rapinas,
Concilio procerum, completam milite claſſem
Inſtruit indigena, pontiq; immittit in altum,
Cui fama celebres maris, & naualibus auſis
Piratas ſtatuit præfectos, antè parenti
Qui fortes operam nauaſſent claſſe fidelem,
Hi pelago inuecti ſecreta latibula circùm
Explorant, portusq; quibus conſidere nautas
Turbine ventorum tutos plerunq; ſciebant.
Nec mora quæſiti ſpumoſa per æquora ponti
Recta ſub ora Danis velis turgentibus, vltrò
Proſiliunt, genus eſſe rati, qui trans mare merces
Nauigijs portare ſolent quos more feroci
Expilent, mutilentq; bonis vbi cominus adſint,
Velaq; Danigenum tremulis pendentia malis
Eſſe vident, ſubito concuſſa mente pauore
Vltores ſcelerum eſſe rati, velisq; retortis
Terga dedere fugæ, quibus erupêre cauernas
Et latebras portus, lacera ſine pelle petentes,
Quos citò Danigenæ roſtrata claſſe ſecuti
Prælia miſcentes naualia morte trucidant
Innumeros, partim læthali vulnere lædunt,
Deijciuntq; rates cannarum turbine ſciſſas,
Præcipitesq; globis deturbant æquore toto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

At rediere tamen modico pòſt tempore lapſo.
Bella reſtaurantes pelago, nauemq; refertam
Mercibus omnigenis ſecum abduxere rapaces.
Rex iterum merces Britanorum à rege repoſcens
Cum rate, nil prorſus ſtudio promouit inani
Quin numero & validis ſociorum viribus aucti
Oceano circùm prædatum nauibus errant.
Tum verò inſtructa ſpatioſa per æquora ponti
Nauigijs acie prædones claſſe laceſſunt
Danigenæ celebres ponti naualibus auſis,
Inijciunt curuos prædonum nauibus vncos,
Et claſſi claſſem, puppes quoq; puppibus aptant,
Et proras proris ferrato dente coarctant.
Exoriturq; ferox ſpumoſa per æquora ſtrages,
Vt mare purpureo ſtagnaret ſanguine totum.
Et licet incertis anceps victoria pennis
Viſa diu, tamen vſq; Dani vi fortius inſtant,
Et tandem occubuere acie pleriq; cruenta
Prædones, ratibus potiuntur & æquore Danni.
Hinc animo elatis victrici claſſe ſuperbis
Tanta illis ſubijt præceps audacia mentis,
Vt pòſt quotidiè cupidæ ratione ſalutis
Poſt habita Britani ſubeuntes littora ponti
Flumineosq; ſinus ſpoliatas æquore prædas
Diuiderent, ipſis quas diripuere Britannis.
Quod reges adeo Gallum, ſociumq; Britannum
Offendit grauiter, quò vim naualibus armis
Eſſe retundendam & manifeſto Marte putarent.
Dannigenæ interea ſocijs prædonibus aucti
Quos moriens poſt ſe veteris comes inclytus arcis

AEquora

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

AEquora quando maris prædis infeſta teneret,
Vndiq; flumineis poſt fata reliquerat oris,
His orientales productis nauibus vrbes,
Antea plura quibus dederant mala damna Britanni,
Seſe iungentes ſpatioſa per æquora ponti
Aduerſum quicunq; meant, exempla ſequentes
Anglorum, capiunt nullo diſcrimine gentis
Siue quis extremis merces tranſportet ab Indis,
Vel rate quis plena pannis dilabitur Anglis,
Vel ſale vel vino vel quauis merce refertas,
Gallorum riguo naues à littore ſoluit,
Aut quocunq; loci tendant ſurſum atq; deorſum
Prædantur, lacerant, mutilant ſpolia ampla reportant.
Hinc adeò exarſit maris execrabile bellum,
Quod ſub Chriſtophili iam tempore cœperat ortum
Poſtq; nouem ſub Ianne ſimul durauerit annos,
Ac orientales grauiter concuſſerit vrbes,
Vt vix componi ſucceſſu temporis ægrè
Poſſet, & infeſtum mare reddi pace quietum,
Donec vtrinq; malo contritis viribus æquo
Anglus & adiunctus bellandi fœdere Gallus
Pertæſi ſpolij ponti belliq; laborum
Legatos pacis ſancitum fœdera mittunt,
Rex vt Marte ferox, ita erat placabilis hoſtis
Annuit oblatis ſibi conditionibus æquis,
Et pacem regni truculentis prætulit armis,
Et cum vicinis renouauit firma Monarchis
Fœdera, nec bellum poſt diſcors ingruit vnquam.
Poſtmodo conuentu proceres coïjere frequenti
Hic vbi Muſarum cultrix iacet Haſnia ſedes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Et graue concilium præſenti rege ciebant.
Quæſtio mota fuit de præſide grandis Iuaro,
Quem rex Chriſtophilus Gothicis præfecerat aruis
Hinc quia iunxiſſet ſocij ſibi fœdere lecti
Fœdifragi Carli natam, qui Marte rebellis
A triplicis vinclo regni deſciuerat olim,
Et ne Suecorum periuria vana ſecutus
Oblitus fidei regionem proderet olim,
Et Stenoni affini munitam traderet vrbem,
Officio proceres regni ſtatuere mouendum.
Nec requieuit enim vigili conamine nitens
Quò vel fraude ferox Steno, vel vi Martis aperta
Vel quouis, pacto potiatur ſede Gothorum,
Huc intentus erat, vafras huc contulit artes
Inſidiasq́ modis varijs vulpecula tentat.
Principio aggrediens verbis demulcet amicis
Blanditijsq́ animum lepidis attentat Iuari
Quò ſibi Gotthorum regionem cedat opimum,
At memor officij & fidei candentis Iuarus,
Quam dederat Daniæ generoſis regibus olim,
Abnuit, & Stenoni præcluſas præbuit aures,
Vt tamen obſequium Stenoni præſtaret Iuarus
Findlandum, cui præſes erat, conceſſit auenti
Arcibus acceptis Sueonum per iugera rurſus.
Tum Steno per cupidus Gothicæ ditionis opimæ,
Nil non tentandum precibus ratus, æquore vectus
Ipſe Gothos adiens veteres, inuiſit Iuarum,
Et pretio precibusq́ nouis attentat amicum.
It labor in caſſum, nec opimo munere diues
Illaqueare virum valet, aut inflectere mentem,

Quam

Quam ſemel extenſo iurauerit indice regi
Hanc ſeruare fidem ſyncero pectore certum eſt.
Poſt vbi conuentu proceres coijcere frequenti,
Hic vbi Stockholmi iacet vrbs contermina ponto,
Tunc animi ſenſus fidi deprompſit Iuarus,
Et Stenonem imperio manifeſto Marte mouendum
Cenſuit, & ſceptrum conferri gentis Ianni,
Cui toties fidei ſanctè promiſſa dediſſent,
Acer & in Stenonem vomuit conuitia linguæ,
Tam grauis authorem commixti cæde tumultus.
At Steno fulmineam ſubitò ſufflatus in iram
Rurſus in affinem inuectus maledicta regeſſit.
Et quò probra viri congeſta retunderet æquè
Prædonem pelagi frendens appellat Iuarum,
Nempè quod impunè Gallos, diteſq; Britannos
Pro libito ſpoliare mari conſueuerit alto,
Et quæ damna freto peregrinis intulit olim,
Hæc illum Suecis eadem dare poſſe profatur,
Quo magis offenſus conficto crimine Iuarus
Ni pacem pariat ſublato Marte Syeuis
Et ſe ſanguineis Steno perfidus abdicet armis,
Se Moſcis aditum parturum in regna minatur.
Qui Stenonis rabiem rabie compeſcat iniquam.
Et licet his animus fuit inflammatus vtrinq;
Vindictæ cupidus, tamen ambos gratia rurſus
Poſtmodo deuinxit, paucis operantibus illam
Conſenſuq; iterum virtute inſignis Iuari
Suecorum Stenoni commiſſæ gentis habenæ.
At Steno nil prorſus iam poſtmodo fiſus Iuaro
Calmariam ſubiens, magna comitante caterua

 Fœdifra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Fœdifragæ turbæ, mox ad ſe accerſit Iuarum
Colloquio, qui tunc Oelandis hæſit in aruis,
Aſt vbi colloquium Stenoni conferre recuſat,
Sæuus in Oelandum trans æquora traÿcit oram.
Nec procul armata cum complice, ſubſtitit arce.
Qua cum præſidio præſes reſidebat Iuarus.
Hic vbi colloquium verbis pellectus amicis
Detrectans, rurſus diſcors reſponſa dediſſet.
Obſidione graui Steno mox circumdedit arcem
Percitus immani rabie præcordia circum,
Mandauitq; ſuis capitis ſub vindice pœna
Dent operam, ne quò dilabi poſſet Iuarus.
Aſt homo verſutus per opaca ſilentia noctis
Clam rate ſuſceptus, fugitiuus in arce relictis
Præſidio impoſitis Gothicam transuectus ad oram
Inditium regi Stenonis de crimine fecit
Auxiliumq; petit ſibi trans mare milite mitti.
Rex metuens tacito graue cor ſubeunte timore
Ne ſimili Stenonis truculenta fraude, Gothorum
Fœcundam ſedem ſuperatam amitteret armis,
Conſilio procerum reparandum milite regnum
Vnde ſibi titulum iam tot præſcripſerat annos
Dania Vualdmari retroacta a tempore quarti,
Cenſuit, & ſtabilis minime variabilis auſus,
Et niſi depoſitis Sueonum gens labilis armis
Ad triplicis nexum regni ſe conferat vltrò,
Marte cohercendam, rigido rex ore minatur.
Inſtruit ergo nouam completam milite claſſem
Mox quadraginta ratum, quibus eſt præfectus Ericus,
Cui cognomen Otho generoſo ſanguine natus,

Quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quam rex ingreſſus ſpumoſa per æquora vectus
Carbaſa terrificis ſinuoſa mouentibus Auſtris
Cum ſocijs ſaluus Gothicam citus appulit oram.
Cui venienti vltrò portas patefecit Iuarus,
Cui ſtirps Tottorum dederat natalibus ortum,
Et ſibi commiſſæ claues mox obtulit vrbis
Totius imperio quem rex poſt abdicat oræ
Illius inq; locum fidei conſtantis Iannem
Subſtituit tantæ præfectum fertilis oræ
Holgerium Miſiæ quem ſtirps Minquizia fundis
Cognita nobilitarat auis proauisq; relicta
Præſidiumq; ſolo validum virtute reliquit:
Inde Boringsholmum claſſem citò littore ſoluens
Auxilium obſeßis properans adferre relictis
Appulit Oelandam vento ſpirante ſecundo
Protinus ad caſtrum gens circumfuſa rebellis
Vt videt expoſitos bibulis ſuccedere ripis
Dannigenas, & tanta ratum nemora æquore duci,
Horret & extemplo gelido concuſſa pauore,
Quid diſcors faciat periura mente volutat,
Annè fugæ mandet, vel ſe patulo æquore ſiſtat,
Neſcia cum tanta pugnas initura phalange.
Nec mora conſilium Stenonis ſtupefacta requirit,
Qui tum Calmariæ latebris incluſus inermis
Euentum belli dubium exſpectabat in vrbe.
Vt verò regem tanta cum claſſe videret
Adueniſſe ratus ſibi ſeria bella parari
Diffiſus ſocijs pauidis, diffiſus & armis
Indicibus mißis regi ſe dedidit vltrò
Colloquioq; petens adbiberi ſupplice voto

Obtinet,

Obtinet, & culpam remouens per regna tumultus
Non conflaſſe vagos ſe, ſed mutabile vulgus,
Imperiumq; ſuum populi conſtare proterui
Arbitrio, quo iam præſenti rege retuſo
Sed renouare fidem & mandata faceſſere regis
Iam modo pacatis animis, ait, eſſe paratum.
Rex animum vacuum qui ſuſpitione fouebat
Fœdifragum Stenonem renouantem fœdera pacis
Suſcipit, & leni condonat pectore noxam.
At Steno nequicquam ſynceri cordis agebat,
Omnia fucati ſimulabat pectoris aſtu,
Spe ſtabilis pacis, dum poſtmodo tempus abiret
Bellandi appoſitum, & Daniæ ſe rurſus ad oras
Flecteret, & ventis cita rex dare vela iuberet,
Tum grauitate viæ quò poſt & tempore clauſus
Claſſe retroducta motus cohibere nequiret.
Vix etenim Sueonum iam claſſe reſoluerat oram
Omnia tuta putans, & pace ſopita ſerena,
Mobilitate vigens, fidei immemor, efferus aſtu,
Rurſus ad ingenium Steno fracta pace reflexit.
Nam licet ipſe palam regis ſimularet honorem
Ore nec inſultu populi gaudere ferocis:
Clàm tamen inſtigans tacitis conniuet in armis,
Et cupidus ſceptri regalem affectat honorem,
Mox triplicis Sueones dilapſi fœdere regni
Rurſus eum patriæ quaſi libertatis alumnum
Efficiunt regem, & ſolenni more repoſcunt.
Rex vbi fœdifragæ periuria ſubdola gentis
Comperit, ad proceres ſpatioſa per æquora ponti
Indicibus miſſis monitis hortatur amicis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vt fidei memores, ſancitæ fœdera pacis
Intemerata colant, ſaluum diadema reſeruent,
Tum caueant, turbæ ne ſeditione rebellis
Perfidiæ labes illorum noxia famam
Inquinet, ob paucos dilapſos rege fideq́:
Nam grauiter ſummum tandem punire Tonantem
Conſueuiſſe ſciant vanæ periuria linguæ:
Et quia de certo rabioſi authore tumultus
Conſtet, vt ad ſeſe mittatur compede vinctus
Poſtulat, aut ipſi comprenſum carcere claudant,
Nil magis in votis requiem quàm pacis habere,
Inſultusq́ leues populi cane peius & angue
Seſe odiſſe refert, potius ſolennia ſeruent
Vincula pactorum, & ſacra ſub pace quieſcant.
At Sueones monitis nequicquam inflectere ſenſus
Ludibrioq́ leui legatos regis habere.
Maior enim Stenoni pars perfida gentis adhæſit:
Nil minus interea quaſi culpæ criminis inſons
Callidus ad regem perarauit ſæpe libellos,
Quis ad conuentus populi inuitauit agendos,
Et regem monitis vrgens in regna repoſcit.
Neu latitare dolum verbis vereatur amicis
Neu protelet iter, citius quin applicet oram
Obſidibus firmare fidem ſe velle profatur.
Vix tandem prudens reputatis ordine rebus
Rex Stenonis technas linguæ ſub fraude latentes
Senſit, & illudi ſe vafro comperit aſtu.
Temporis interea pro conſuetudine ſæcli
Clauigero Myſtæ votum factura ſalutis
Auſonios adijt Romam Theodora penates

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vlterius Chriſti ſimul inuiſura ſepulchrum.
Fama Saracenici niſi diuulgata tumultus
Præpediiſſet iter, ſed enim pietatis alumnam
Præſulis abſoluit commenta potentia voto,
Quod ſummo dederat concluſum corde Tonanti.
Cunctaq; per totam commiſſa piacula vitam
Abluit, & tinctam luſtralibus illinit vndis,
Tum Stenonem grauiter verbis accuſat amaris,
Quod ſponſalitiis violento turbine fundis
Illam nudarit, mandatum præſulis vrgens
Reſtituiq; petit ſupplex pater arbiter orbis
Sub pœna Stenoni mandans anathematis acri,
Quò mox reſtituat fundos violenter ademptos
Participem voti, & decoratam munere largo,
Reginam Auſonia rurſus dimiſit ab vrbe.
At Steno nequicquam diſcors anathema moratus
Præſulis Auſonii, quin miſcens ſacra prophanis
Tam plebem infeſtat, quam relligionis alumnos.
Et quò fœderibus ſibi deuinciret amicos,
Et belli neruos conquireret vndiq; firmos
Aduerſus Daniæ conamina Martia, regis,
Quem propè veliuola venturum claſſe ſciebat
Bis iam deluſum periuri pectoris aſtu,
Quod cum Vuandalicis ſanciuerat vrbibus olim,
Nunc iterum fœdus ſociale reindegrat arctum,
Quîs adeo ſociis inflatus & efferus armis.
Omnibus arbitrio rabidæq; libidine mentis
Imperat, & cœco moderatur ſceptra furore:
Nec ſacris inhibet perfuſam ſanguine dextram,
Quin ſpoliet, belliq; ferox impendat in vſus,

Vt non pontifices modò, ſed totius equeſtris
Ordinis indigenas tantis offenderit auſis.
His quoq; temporibus conuicto crimine furti
Frangitur Andreæ laqueo gula ſtridula ſcribæ.
Hic homo confidens animum cum regis amicum
Obſequij ſtudijs ſibi deuinxiſſet honeſtis
Ingenij ſolers, & regis moribus aptus
Scribarum ſummus Cameræ dignatus honore eſt:
Hinc adeò inflatus faſtu turgeſcere cœpit,
Erexitq; animi criſtas, caudamq; rotauit,
Vt quoſuis præ ſe tota contemneret aulas,
Quin & Pontifices, generoſo & ſanguine cretos
Deſpectos habuit, nimium confiſus opimæ
Culminibus ſortis ſtolidus, regiſq; fauori:
His odio cuiuis & in aula cœpit haberi
Ludibrio tanto, quo quiſq; infenſus honori
Pernitiem ſtrueret, labemq; aſpergeret atram,
Deniq; ſuſpectus peculatus compede vinctus
Cæruleam in turrim vinclis conpingitur arctis,
Hìc vbi Muſarum cultrix, iacet Hafnia, ſedes?
Poſt vbi torturæ ſtimulis agitatus amaræ
Carceris obſcuri poſt cœca latibula rege
Excipiente viri reſponſa, dolore remoto
Iam modo confeſſus, pòſt inficiatus & idem
Criminis eſſe reum conſtanti voce negabat.
Attamen extremò conuinctus & ipſe profeſſus
Aſtrictus furcæ laqueo ſublatus in altum
Admiſſo meritas ſubijt pro crimine pœnas.
Inde graui capitis phreneſi correptus Iannes
Multa per inſanæ fecit deliria mentis,

Rumor erat morbum ſibi contraxiſſe furentem,
Cuius abundabat, nigro ex humore peruſto,
Vel quia pœnituit ſuſpenſi poſtmodo ſcribæ
Criminis inſontis, veluti pleriq; ferebant.
Sed tamen ad ſanam rediÿt pòſt tempore mentem
Et nigra ex cholera conflatus deſÿt humor.
Vt magis atq; magis ſe ludi comperit aſtu
Indicibus miſsis proceres compellat Iannes,
Vt ſine verborum illecebris reſponſa retexant,
Fœderis antiqui pactis num ſtare fideles,
Vel ſeruare fidem minus illis pectore conſtet
Tum Steno ſollicitus ſibi ſeria bella minari
Ni pacem redimat, vel tempus protrahat aſtu
Credidit, & procerum conuentus iuſsit habendos
Hic vbi Stockholmi iacet vrbs propè littora ponti,
Quò cum complicibus coÿens, turbaq; rebelli,
Concilium primum tacitis de rebus habebat,
Pòſt vbi magnatum quos pronos eſſe ſciebat
Danigenum regi, communia vota requirit,
Scinditur in varias procerum ſententia mentes,
Maxima pars rabido conclamat ad arma furore
Gentis more leuis, quaſi libertatis alumno
Fœdifrago Stenoni votis immanis adhærens.
At ſacer Antiſtes per regni iugera ſummus,
Et quorum melior reſidebat pectore ſenſus,
Omnino pactis fidei, quam ſæpè dediſſent.
Syncerè ſtandum, nec enim fas eſſe putabant,
Antiquo triplicis decedere fœdere regni,
Nec deerant proceres animi candoris amantes,
Quis Stenonis minimè defectio fœda placebat.

Qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Qui rigidis illum remouendum gentis habenis
In medium votis non diſſuaſere relatis,
Quod ſi ſe imperio monitus non abdicet vltrò
Marte cohercendum manifeſta voce minentur.
Huc tandem votis procerum concordibus itum eſt.
Imperij diadema quidem non poſſe negari
Magnifico Daniæ regi pro lege vetuſta,
Aſt opus eſſe prius triplicis conuentibus oræ,
Quò ſemel Halmſtadij concluſas antè coronæ
Diſcutiant leges ne quæ indiſcuſſa ſuperſint,
Calmariæ idcircò conuentus agatur in vrbe.

FINIS TERTII LIBRI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

ASſenſere omnes, decretaq; tanta recludunt
Legatis Daniæ, regemq; in regna repoſcunt.
Aſt vbi dicta dies conuentus ingruit ampli
Regnorumq; trium proceres coÿere frequentes
Cauſſatus ſoliti fallax obſtacula morbi
Calmariæ præſens Steno non comparuit vrbe
Hinc ſuſpenſa dies vbi dictis ingruit horis
Rex à fronte viris præmiſsis æquore vectis
Conſilÿ taciti gnaris, ſenſusq; latentis
Ipſe ſpei plenus potiundi deniq; regni
Claſſe ratum octodecim celebri fulgente paratu
Inſtructus ſequitur vento ſpirante ſecundo
Et mare traÿciens Egeſuntica littora venit.
Hic vbi tranquilla claſsis ſtatione moratur
Temperiem exſpectans cœli ſtridentis amœnam
Regia fortè ratis quæ nomen Gryphis habebat
Fuſilis accenſo per fulgura puluere cannæ
Fulmine tacta poli rabido conburitur igne,
Et ſubitò excurrens reſtinctum incendia remex
Læthifero partim flammarum extinguitur æſtu
Pars ſemicocta fuga dum labi trans mare tentat
Nauigio exuſto, maris abſorbetur hiatu,
Et miſeri ſociÿs læthi ſpectacula præbet.
Poſt vbi ſtelliparens tacitis nox ingruit alis
Exoritur rapido ſtridens aquilone procella,
Ventorumq; ruit ſpumoſo per æquora murmur,
Flaccida vela ferit, fluctus ad ſydera quaſſans
Diſiecitq; rates, ſcopulisq; illiſit acutis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Intonuêre poli, boat ictu fulminis æther,
Exoriturq; virûm plangor, ſtridorq; rudentûm,
Franguntur remi, proræ puppesq; minaces
Attonitisq; viris intentant omnia lethum:
Tum quo pontiuagi releuarent pondere claſſem
Plurima proÿcitur citò res oneroſa per vndas,
Arma virûm, tormenta rotis ſuffixa rotundis,
Anchora dente tenax, tabulæ, tremuliq; caballi,
Nautica cuncta leues apparent iacta per æquor.
Aſt vbi deſierat pelagi iam turbidus æſtus
Aeolus & ventos conſuetudo incluſerat antro
Rurſus & horriſoni diſiecta per æquora ponti
Eggrenſem ad portum redÿſſet regia claſsis
Nulla inuenta ratum, quæ non à turbine venti
Innumeris paſsim ſic viſa faciſcere rimis
Vna, vehebatur qua regia naue ſuppellex
Et quibus vtendum regi documenta futuro
Conuentu, annè illiſa vadis an obruta ponto
Incertum, perÿt nunquam poſt viſa per æquor.
Poſtmodo naufragio ſed enim diſcuſſa ſupellex
Multaq; præterea tumidis proiecta procellis
Sunt inuenta maris propè littora fluctibus acta.
At Steno, claſsis vbi regalis noxia cladis
Increbuit, plaudens animoq; nefarius auctus
Calmariæ ad dictum detrectat tempus adeſſe
Rurſus ad ingenium rediens technasq; doloſas
Si tamen optatam regi componere pacem
Collibeat Sueonumq; leues ſedare tumultus,
Quò minus id liceat per ſe non ſtare profatur
Indicibus miſsis qui regi ſenſa recludant.

Rex

Rex hominis ſubolens & deteſtatus ad Orcum
Ingenij technas, & vafri pectoris aſtus,
Scilicet huc verſos & ad hanc ſolummodo metam
Directos, dum tempus eat grauitate viarum
Præcluſum, caperent ſic deniq; tædia regem,
Et Steno pòſt tacitis regnum præſcriberet annis,
Dimiſsis triplicis conſcriptis patribus oræ
In Daniam conuertit iter, claſſemq; reduxit:
Et quò fœdifragos Stenonis pòſt vindicet auſus,
Cum duce fœdus init ſociale Boriſthenis amnis,
Qui rabidus Sueonum Findlandica rura pererrans
Agmine denſato vaſtat cultoribus oram
Cædibus infandis miſcens incendia præceps,
Firmaq; Vuiburgæ caſtelli mœnia cingens
Obſidione graui fruſtrà oppugnare laborat.
Nam Sueonum ſummis eſt viribus arce repulſus:
Ergo pedem referens amiſſo milite denſo
Ad patrias ſpolijs per onuſtus tranſmeat oras.
Vt verò Stenoni fuit hæc irruptio Moſci
Cognita, continuò legatis æquore miſsis
Ad Lubemarinos votis ardentibus inſtat
Vt regem, belli trans æquora ſemine iacto
Diſtineant, quantaq; queant rate ſponte laceſſant:
Ipſe per anfractus, & dumis conſita teſqua
Agmine progreſſus Findlandica contigit arua
Hoſtibus aduerſum, quos obſidione ſoluta
Rurſus vbi ad patrios ſpolijs abijſſe penates
Comperit, agminibus ſub hyberna latibula clauſis
Præſidijq; loco vicina per arua relictis
Delectus ſtudio populi maioris habendi

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

In regni Sueonum penetralia læta reuertit,
Poſtmodo venturo viridis ſub tempore veris
In Moſchum vlturus dederat quæ damna cruentum.
Rurſus at irrumpens per rura Tauaſtica Moſchus
Perq; Carelorum ſpatioſi iugera campi,
Ver vbi flore recens nondum depinxerat arua,
Obuia quæq; leui deuaſtat turbidus igne,
Et plures ſeptem quam millia falce trucidat:
Aduolat interea ſublatis aëre ſignis
Agmina multiplicis Steno ducens rara phalangis
Hoſtibus aduerſum Moſchis, ſed tardius ibat,
Nec prius armipotens Findlandica contigit arua.
Quam populabundus gentem prædatus vtramq;
Per quem tranſierat iam calle recurrerat hoſtis.
Ergo duces belli generoſo ſanguine cretos
Suantonem, Turſumq; ferum, Trollumq; potentem
Conſtituens, quibus ad fines ſubſiſtere regni,
Et rapidis Moſchum, ſi forſitan irruat armis,
Findlaniæq; ſolum rurſus perrumpere tentet,
Introitu prohibere iubet, dum finibus abſens
Ipſe reuerſurus Sueonum per iugera regni
Cogat, & adducat maiora prioribus arma.
Aſt vbi differret reditum, mora diſtinet ægra
Militis ardentes animos virtutis amore,
Ecce duces belli ſub finibus antè relicti
Non exſpectantes aduentum præſidis, vltrò
Caſtra mouent, equitum turmis peditumq; phalange,
Et populabundi Moſchorum iugera campi
Irrumpunt, ferroq; truces graſſantur & igne.
Obuia vaſtantes magalia, rura, colonos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Vſq; nouæ rapidi penetrantes mœnia Naruæ,
Hic expugnatam ſuperatis mœnibus arcem
Diripiunt, ſpoliantq; feri Moſchosq; trecentos
Abducunt captos, prædas abiguntq; rapaces.
Et cladem acceptam maiori clade rependunt.
    Interea genetrix regis maturior æui
Concedens fatis lumen vitale reliquit,
Regis & vrbe Roe ſolenni more ſepulta
Coniugis infertur tumulo, quæ ſedula nato
Admonitrix fuerat, vitæ dum fata ſinebant,
Conſilij prudens concordis ad otia pacis,
Nec belli quicquam Sueones tentaret in hoſtes.
Iamq; bis octo tener princeps adoleuerat annos
Chriſternus vibrare manu Mauortius enſem
Aptus, & armigerum freno cohibere caballum,
Antè quidem regno conſors genitoris Iannis,
Nunc iterum procerum celebri coeunte corona,
Hic vbi Muſarum cultrix iacet Hafnia ſedes,
In Daniæ regem ſolenni more creatur,
Rurſus & in Sueonum bellum decernitur arua
Vnanimi procerum conſenſu, quippe rebelles
Iam ferè deſierant Daniæ tria luſtra corona.
Fortè hominum varia conflata ex gente feroci
Colluuies propè Saxonicum confluxerat Albim,
A duce Saxoniæ Magno conducta minoris
Quò ſibi Vuorſatiæ populum, Hadlerosq; rebelles
Effrenes animis, quod iuſſa faceſſere nollent,
Rurſus ad officium funeſtis cogeret armis.
Guardia vulgato voluit quæ nomine dici,
Et quaſi Teutoniæ cuſtodia publica genti,

Sed

Sed verè peſtis fuit, & trux, noxia tabes
Regnorum, quocunq; ibat per rura per vrbes,
More Locuſtarum depaſta eſt obuia quæq;:
Et nihil intactum veſano Marte reliquit,
Principibus populo quàm formidabilis æquè.
Hanc rex ex vario conflatam milite turbam
Spe prædæ illectam magis ac mercede coegit,
Et ferus in Sueonem prædatum tranſtulit arua
Indigenis mixtam per Holandica iugera ducens,
Tùm veluti rapida cum tempeſtate coorta
Omnia ventus agit præceps & turbine miſcet,
Per mare, per terras, per agreſtia rura, per vrbes
Deiicit, & ſyluis quercus, & culmina tectis,
Et totam interdum contundens æquoris æſtus
Aggeribus ruptis regionem gurgite vaſtat,
Haud ſecus illa cohors populatum tranſiit arua
Cædibus immanis, ſpoliis incendia miſcens
Rex quoq; Noruegici fidis cultoribus arui
Imperat, armati quò quàm cito finibus, intrent
Suecia rura truces populentur & omnia vaſtent,
Et loca quæ bello ſint congrua milite firment,
Inde excurrentes per proxima rura per vrbes
Hoſtibus incutiant terrorem, armisq; laceſſant.
Deniq; multiplici completam milite claſſem
Per mare veloci rapidum contendere curſu,
Calmariæq; iubet patulo conſiſtere portu,
Ipſe per apricum producens agmina campum
Martia caſtra ferox propè portas collocat vrbis,
Et valido oppugnat cannarum turbine muros.
Incola nequicquam retonantes principis ictus

Ferre valens, ſpe præſidij fruſtatus inani
Continuò pacta vitæ rebusq; ſalute
Indicibus miſsis ſupplex ſe dedidit vltrò.
Et licet authores regi pleriq; fuerunt,
Quo magis effrenis terrore paueſceret hoſtis,
Idcirco grauibus victam ſæuiret in vrbem,
A probitate tamen ne quò reſiliret auita
Ciuibus exhibuit ſe rex ſuplicantibus æquum,
Non minus eſſe ratus generoſo principe dignum,
Parcere deuictis quàm vi cohibere proteruos,
Et renouare fidem iurato numine poſcit
Diſsidij ignoſcens placato pectore culpam
Tum verò foribus ſe fuſa patentibus effert
Ciuica turba ruens tentoria regia circum
Et pompa illuſtri præeuntibus ordine cleris,
Excipiunt regem & læti intra mœnia ducunt
Hinc celeri Oelandum trans æquora claſſe profectus
Deditione ſolum rex occupat, inſuper arcem,
Et vice præſidij numeroſo milite firmat.
Poſt animo tantis rerum ſucceſsibus auctus
Proxima quæq; metu profugis deſerta colonis
Armigeræ indulſit loca diripienda cohorti,
Quo citius vulgus poſitis ſe dederet armis:
Nec mora prædatum per agreſtia rura, per vrbes,
Guardia turba ruens non vlli ſæua pepercit
Quin ſpoliet, mutilet, capiat, vel enſe trucidet,
Inſuper & miſeris magalia parua colonis
Deſtruat igne ferox, populatur, & omnia vaſtet.
Deniq; iam latebris nemorum vagabunda relictis
Se quibus abdiderat plebs viq; fameq; coacta

Accelerans

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Accelerans, binasq; leuans ad ſydera palmas,
Impetrat admiſſo veniam pro crimine ſupplex.
Quæ cum fama hominum patulas percrebuit aures
His quibus interius regno fuit abdita ſedes,
Illicet ad Stenonem gelido perculſa timore
Se fera turba refert, quis ſit ſtatus edocet, orat,
Succurrat rebus lapſis patriæq; ruinæ,
Et memor officij, quo ſit dignatus, in hoſtes
Irruat, & vires Mauortius exerat auſis.
At Steno pontificis tunc Stegam obſederat arcem,
Quòd memor hic fidei regi conſtanter adhærens
Illius haud voluit rigidis applaudere cœptis,
Hinc odio aduerſus Myſtam inflammatus acerbo
Opprimere internum ſtatuit prius efferus hoſtem,
Quàm rerum ſummam dubio decernere ferro
Nil ratus hoc viuo peragi fœliciter armis,
Marte vel externum contundi poſſe ſecundo.
At ſacer edoctus Stenonis conamine præſul
Sortis in euentum dubiæ, belliq; minacis
Aggeribus foßisq; cauis muniuerat arcem,
Præſidioq; hominum belli virtute vigentûm,
Suantonis, & quorum mens fida remanſerat olim
Aduerſus regem, vt validum firmarat aſylum.
Rex vbi contundi cannarum turbine caſtrum
Præſulis accepit, Stenonisq; grauamine cingi,
Obſeſſosq; premi ſocios vi Martis acerba,
Illicet implicitos properat releuare periclis,
Cumq; manu valida Guardorum tendit ad arcem.
At Steno nequicquam caſtri obſidione morari,
Auſus ad aduentum regis, terrore relapſus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Cum ferè iam ſtimulante fame præcordia circum
Marte coegiſſet clauſos ſed dedere caſtro,
Aufugerat præceps & regis viribus impar
Pectore multa gemens per deuia clauſtra viarum
Agmina deducens velox contendit ad vrbem
Hic vbi Stocholmi propè ſtat mare regia ſedes.
Rex vero Myſtæ propius progreſſus ad arcem
Liberat obſeſſos, vitæ & diſcrimine ſoluit,
Inq; fide vt maneant verbis hortatur amicis.
Nec minus interea gens Norica iuſſa faceſſens
Regia, Marte ferox, validaq; inſtructa phalange
Irruit in Sueonum fines, & mœnia circum
Obſidet Elsburgum naturæ munere firmum,
Tum valido impulſat cannarum turbine muros,
Et ſcalas adhibens conſcendere culmina tentat:
Viribus obſeſſi ſummis & Marte reſiſtunt
Deſuper & ſæuos deturbant mœnibus hoſtes,
Aſcenſuq; viros prohibent, illi acrius inſtant,
Concutiuntq; graui cannarum ſciſſa fragore
Mœnia, donec ope fruſtrati & pectore fracti
Fortunas pacti ſaluas, vitæq; ſalutem,
Cedentes Sueones citò Noruagienſibus arcem
Arbitrio Daniæ ſe commiſere Dynaſtæ.
Hæc vbi vicini Sueonum cultoribus arui
Cognita fama fuit, reliquorum exempla ſecutus
Incola proiectis vltrò ſe dedidit armis.
Naſcitur interea Franciſcus regia proles
Hic vbi Muſarum cultrix iacet Hafnia ſedes.
Rex igitur duplici fortunæ parte beatus,
Tum quia iam cœptis vultu Bellona benigno

Annue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Annuerat, tum prole noua quoniam eſſet adauctus,
Sitq́ enixa ducem ſalua regina ſalute
Multum animo lætus, productis aëre ſignis
Illicò ne ſpatium recreandis viribus eſſet
Hoſtibus, emenſus ſpatioſi iugera campi
Agmine cum toto Stenonem inſectatur ad vrbem
Munere naturæ munitam, quippè quod vndis
Et circum alluitur riguo maris vndiq́ fluctu,
Et propè Brunconis ſublimia culmina montis
Aſcenſu ſuperans, ibi Martia caſtra locabat,
Quo pater ipſe loco tentoria fixerat olim
Chriſtophilus, cum Marte ferox obſederat vrbem,
Et dentem excuſſum cannis amiſerat ore.
Tum verò ad partem, quæ proſpicit æquoris altum,
Mille ratum claſſem lunato ſubmouet orbe
Quò magis obſeſſos cannarum turbine diro
Vrgeat, & telis terraq́ mariq́ retundat
Velitibus miſsis, qui Marte ſubinde laceſſant
Commiſsis leniter pugnis, & mœnibus hoſtes
Eliciant, iuſtonè velint decernere ferro.
At Steno ad occultos natura pronior aſtus,
Quam iuſta pugnam committere ſtrage propenſus,
Quod virtute nequit ſcelus expediſſe nec audet,
Id tentare dolo ſtatuit vulpecula vafro.
Nam ſubitò emiſsis clàm nocte per auia teſqua
Indicibus, rigua Dalecarlos valle recluſos
Robore præſtantes, genus intractabile bello
Qua ſtet ſorte ſalus Sueonum, quo cardine rerum
Pendeat, & quantis ſit circùmſepta periclis
Edocet, inſultus rigidos exaggerat hoſtis,

Nil

Nil non tentantis, quo regno Marte ſubacto
Sub iuga more boum Sueones ſeruilia transdet,
Hanc ſupereſſe vnam, modò qua nix hæreat, vrbem
In regno quæ ſola fores præcluſerit hoſti,
Quæ ſi verſa ruat, ſimul expugnetur ab hoſte
Corruere imperium tota cum gente profatur,
Vrbis & orbis idem Borealis ſtare periclum,
Hanc absq; alterius neq; verti poſſe ruina:
Illorum virtute ſoli patrij conſtare ſalutem
Gentis afflictæ Sueonum pendère ſalutem
Quin igitur forteſq; viros, regnoq; fideles
Iam nunc ſe præſtent, patriæ dum poſtulat vſus,
Antè Danus ſcalas quam mœnibus applicet hoſtis
Et ferus irrumpens regno potiatur & vrbe,
Vallibus exiliant, quanta vi militis vnquam
Poſsibile eſt, & caſtra Danûm vi Martis aperta
Nauiter oppugnent Orienti luce feroces,
Se cum complicibus portis bipatentibus vrbis
Ex alia frontis rupturum, parte minatur
Robore cum valido, ſicq; impete vtrinq; citato
Dannigenas facilè collidi poſſe profatur.
Rex vbi conatus ſuboleuit prouidus hoſtis,
Et Dalecarlorum rabidam aduolitare cateruam
Comperit, extemplò ducibus, belliq; magiſtris
In circum aſcitis Sueonum ſtratagema retexit,
Et quo verſentur vitæ in diſcrimine monſtrat
Caſtra mouenda ratus, per aperti iugera campi
Hoſtibus aduerſum valida vi Martis eundum
Cenſuit, atq; acie iuſtæ confligere pugnæ.
Iamq; adeò roſeum pelago caput abdere Titan

Viſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Viſus , & occiduus reuocare crepuſcula veſper,
Tum ſe quenq; cibo recreare & feſſa quieti
Rex dare membra iubet , ſed enim cum ſigna darentur
Pòſt ſine clamoſo caſtris exire tumultu
Hoſtibus aduerſum per muta ſilentia noctis
Hinc ſomno excuſſus ſe mox nocturnus agebat
Primus eques , caſtriſq; graui ſine murmure mouit
Suſpenſis ſequitur gradibus peditatus , & agmen
Coniungit turmis ſpatioſa per æquora campi.
Sicq; acie inſtructa , rectà contendit in hoſtes
Quo iam rupturos ſpeculator calle docebat.
Rex vbi diſcuſsis prima ſub luce tenebris
Aduolitare procul Dalecarlorum agmina cernit
Principio modicum patulo requieſcere campo
Armatos iubet ipſe viros & ſiſtere greſſus :
Tum ſic magnanimos dictis affatur amicis :
Si mihi de veſtra dubium virtute fuiſſet
O vos Dannigenæ & vos ò fera Guardia bello,
Non equidem hoc auſus facinus tentare fuiſſem.
Sub quo verſemur dubij diſcrimine Martis
Vos reor ante oculos per apertum cernere campum,
Ruſticus excidium nobis à fronte minatur,
Ciuicus à tergo populus , nunc pectore forti
Nunc opus eſt animis , nec non virtute virili.
Vi facienda via eſt & agreſtem èxcindere gentem
Cogimur ô ſocij , vel certo occumbere læthо.
Eia agite antiquæ memores virtutis & auſus
Vos præbete viros , contundite fortìter hoſtes,
Lumine quiſq; ſibi quo congrediatur aperto
Eligat , & præſens animo progreſſus in hoſtes

 Non

Non prius abſiſtat, quam ſtricti cuſpide ferri
Confoſſumue globo Stygio demiſerit Orco.
Feſtinate viri, mora ne victoribus obſtet,
En ego primus ero iaculum qui fortis in hoſtem
Proÿciat, vos ponè mihi ſuſtollite greſſus
Dixit, & ad partem truculento Marte Rodenſem
Subſtitit, his oritur ſtrages miſerabilis aruis.
Stat fera gens immota loco vt Marpeſia cautes
Ruſtica, nec quicquam primo cadit impete pugnax
Fortius inſultus Dannorum Marte retundes.
Pluraq; conſuetis fera damna dat arcubus hoſti
Deniq; terrificis equitum peſſundata turmis
Inq; ſubacta fugam facili proſternitur ictu,
Et ferè tota cohors truculentis occidit armis
Horrendum viſu ſpatioſa per æquora campi,
Tot paßim proſtrata virûm ſemiuiua necatis
Corpora iuncta putri ſquallentia corpora tabe
Qui magis arua ſequi quam Martis ad arma creati
Vnius inſtinctu Stenonis ſint ſtrage perempti
Sic bene re geſta, præda, exuuÿſq; relictis
Continuò expanſis vexillis aera complent
Agmine prælatis ad caſtra priora regreßi
Daniginæ, fuſa Sueonum truce gente triumphant.
Quos vbi per patulum caſtris ſuccedere campum
Et Dalecarlorum vexilla per aera ferri
Daniacis mixtim, Steno comperit, indice miſſo,
Agricolûm genus eſſe ratus, qui, Marte retuſis
Danigenis properent vrbi ſuccurrere clauſis
Ocyus vrbe ruit tota cum gente rebelli,
Et cum ruricolis vires coniungere gaudet.

Quò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quò cum relliquijs extremo Marte Danorum
De ſumma imperij tandem decernere poßit:
Ibat ouans animo, ſpe plenus, menteq; certus
Funditus aut ferro Dannorum excindere gentem,
Aut procul extorrem Sueonum profligere regno:
Aſt vbi contingerat propius ſpe luſus inani,
Et ſeſe illapſum in medios conſpexerat hoſtes
Subſtitit attonitus, pauor imos occupat artus
Nec dare terga locus, plantasue referre facultas
Conſeruiſſe manus aduerſo cogitur hoſte.
Tum Dani grauitate viæ, belliue labore
Nequicquam fracti, ſed adhuc ex ſtrage cruenti
Antiquæ memores virtutis & omine læti
Vi rabida & valido truculenti turbine Martis
Inuadunt Sueonum effuſas ex vrbe cohortes:
Illæ vix prima tremulæ ſubſiſtere lucta
Quin retulère pedes fugientes ocyus Euro
Primipilumue ducem, Stenonem per rura ſecuti
Ordine turbato, profugi labuntur ad vrbem:
Inſequitur cataphracta phalanx inuecta caballis,
Et plerosq; fuga dilapſos æquore toto
Cannarum reboans læthali transfodit ictu
Vrbis adusq; fores inſectans effera ferro
Præcipites alios circum labantibus vrbem
Deſuper egit atrox, & funere merſit acerbo
Et niſi detruſum Stenonem de ponte, leuaſſet
Nauita deſiliens, perijſſet gurgite merſus.
Pòſt cataphracta phalanx ſpolijs & onuſta trophæis
Lætitia exultans ſe in regia caſtra recepit
Cladibus acceptis his tantis, pectore triſtis

 Deſpon-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Deſpondensq; animum Steno cum ſibi fœdere iunctis
Deditionis init rationes vrbe recluſis,
Et cum rege licet non vnquam condere pacem
Efferus antè palam vano iurauerat ore,
Nunc tamen extrema fortunæ ſorte laborans
Atq; animo fractus ſe dedere cogitur vltrò,
Indicibus miſsis animi qui ſenſa recludant
Dannigenum regi, & iam iuſſa faceſſere promptum
Colloquio admitti Stenonem ſine fraude, precentur.
Rex vero facilis veniæ, & placabilis iræ,
Etſi illi ferro Sueonum contundere gentem
Funditus obſeſſosq; fame cohibere facultas,
Parcere ſupplicibus tamen & ſe dedere promptis
Maluit, excidij quam iuſtam infligere pœnam,
Colloquij tempus Stenoni præfixit, & horam,
Qua procul haud caſtris extra compareat vrbem.
Adueniens igitur paucis comitatus inermis
Intuitu primo verbis exceptus amaris,
Perfidiæ arguitur ſceleriſq; à rege nefandi,
Nempè quod oblitus iuratæ numine pacis,
Et fidei, qua ſe regi deuinxerat olim,
Concierit paſsim Sueonum per regna tumultus,
Vnde tot Agricolûm cecidiſſent millia letho,
Et ſe, legitimi colliſo regis honore
Extulerit dominum Sueonum per rura, per vrbes.
At Steno multiplici crimen ratione refellens
Transmouet aſtutus culpam in variabile vulgus,
Non ſe ſponte feris horrentem Martis ab armis
Imperij fregiſſe fidem, quin gentis habenas
Inuitum cœpiſſe refert a plebe coactum,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Et ſceleris veniam ſupplex à principe poſcit.
Tranſigitur pacis de conditionibus almæ.
Et noua ſedato ſancitur gratia bello.
Nec mora fuſa frequens portis bipatentibus vrbis
Ciuica turba ruit regis tentoria circum,
Pacatumq; ſacra pompam præeunte caterua
Ignifluas geſtante faces, pro munere pacis
Ore ſonante Deo grates ſub mœnia ducunt:
Dat tuba rauca ſonum crepitantq; per aëra notæ,
Rex delubra adiens vbi ſacris ritè peractis
Arcis honorifica conſcendit culmina pompa,
Et ciues renouare fidem, vulgiq; magiſtros
Poſtulat, hinc genibus ſupplex proſtratus Ianni
Ius caſtrenſe Steno ſolenni more reſignat
Et ſibi commiſſas regni moderator habenas
Legitimo retulit, populo ſpectante, Dynaſtæ,
Id quod facturum iam ſæpè negauerat antè
Numina teſtatus diuûm temerarius ore.
Quanta ſit humanæ fragilis conſtantia ſortis,
Et quam ſit facilis ſummi deſcenſus honoris
Haud animo reputans, caſtrenſi iure recepto
Surgere iuſsit humo Stenonem rex pectore mitis,
Et grauis admiſſæ condonat crimina noxæ
Inq; fide vt maneat, verbis hortatur amicis.
Quoq; magis Sueones inter ſecurior eſſet,
Quos grauiter, præſes dum regni ſceptra teneret,
Turbidus arbitrij ſtimulis agitarat iniquis,
Decreto cautum eſt, ne geſti muneris ergo
Nec cuiquam Sueonum rotionem redderet vnquam.
Poſtmodo conuentu proceres rediјere frequentes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Hic vbi Stocholmi ſtat inexpugnabile Iannem
A quo deſierat iam bis pars maxima regni
In regem Sueonum communi voce cooptent.
En ſacra ſolenni peraguntur feſta paratu,
Inſeriturq́; comis diadema à præſule regni
Rurſus, & imperij ſceptrum confertur Iannis,
Quilibet obſequium procerum deiurat ad aram.
Totaq́; plebs renouat fidei ſacra vincula ruptæ,
Hinc animo lætus rex maieſtate verendus
Inſtruit Attalico conuiuia ſplendida luxu,
Et Satragas meritis ſibi quo deuinciat omnes
Excipit, & dapibus reficit dulciq́; Lyæo.
Et quocunq́; poteſt animos mulcere ſerenos
Nil habuit reliqui, nec ſumptibus vſq́; pepercit.
Pòſt vbi iudicium Sueonum per rura per vrbes
Marte diuturno collapſum tramite legum
Ritè reformaſſet rex ſeruantiſſimus æqui
Ordinibus regni commiſſis gentis habenis,
Agmine demiſſo Daniæ contendit ad oras
Claſſe triumphali ſpatioſa per æquora vectus,
Multum animo gaudens Sueonum de gentis habenis.
Hinc prius exacto ſolitis cum menſibus anno
Magnificè inſtructa regali claſſe paratu
Conſortem thalami, viridiq́; ætate coruſcum
Adducens ſecum ventoſa per æquora natum
Carbaſa dat ventis. Sueonumq́; reuertitur arua,
Impetrat vnanimi conſenſu totius oræ
Et procerum votis, decoratum nomine natum
Conſortem patris vſq́;, ſacro modo regis honore
Per Sueonum regnum ſtabilitum nobile dici

Nec

Nec mora vexillum pro conſuetudine gentis
Chriſterno offertur, ſceptrumq;, comisq; corona
Regia quin etiam diademate cingitur vxor,
Et Sueonum regina ſacram ſtabilitur ad aram,
Totaq; plebs regni, ſpatioſa per arua, per vrbes,
Qui ſuprema patris poſt fata capeſcat habenas
Chriſterno electo de principe læta triumphat.
Pòſt iterum in Daniam pacatis vndiq; rebus
Legitimum imperij regimen poſt terga relinquens
Claſſe recurſurus Sueonum rex littore ſoluit,
Et nè forte dolum metuendi occaſio detur
Auectum ſecum Stenonem per cærula duxit,
Et ſibi quò meritis deuinciat arctius hoſtem,
Quamuis ore palam regi ſimulabat amicum,
Hoſpitio excipiens nitidæ penetralibus aulæ
Regia quotidiè redolenti fercula menſæ
Collocat, & ſummo lateris dignatur honore,
Deniq; muneribus præcioſis largius explet
Magnificaq; domum tranſuectum claſſe remittit,
Obſequijs victum, & cumulatum munere largo,
Poſtmodo conſtantem fidei ratus affore ſceptro.
Sed Steno non animum rate vectus at aëra mutans
Exuit hoſtiles haudquicquam corde receſſus.
Quin toties animo gemitus effundere mœſtus
Et lachrymis barbam ſit vellere viſus obortis,
Inciderit quoties deuictæ mentio gentis.
Rex animo elatus tam victa gente feroci,
Nec quicquam metuens Sueonum per rura tumultus
Omnia iam pactis & pace ſopita putabat.
Incrementa trium regnorum pectore verſat,

Gens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Gens iacet Holſatiæ nemoroſis proxima fundis
Libertatis amans , genus intractabile bello
Teutoniæ ſexto ducens à Principe Marco,
Qui quondam gelidi conſedit ad Albidos amnem
Et genti nomen dedit à ſe Marte feroci.
Eſt gentis regio munimine cincta paluſtri,
Naturaq; loci validiſsima , ſcilicet ortu
Eydora gramineum congeſtum ceſpite vallum
Irrigat , occaſu vallum maris alluit æſtus,
Meridie Euripo preceps allabitur Albis,
Ad Boream ſcrobibus patet ægrè ſemita foſsis
Nam limoſa palus iter impedit , obſita dumis,
Interius patulis ſunt iugera fiſſa lacunis,
Per quas incumbens ſe longis incola contis
Præcipitare celer teneris aſſueuit ab annis,
Vnde ſequi cataphractus eques vel armiger horret.
Eſt Cereris regio quoq; fertilis vbere gleba,
Et frumenta ferax turgentia gignit agellus,
Sed minus hirſutis producit pabula bobus.
Gens fera præ reliquis vi corporis eminet alti,
Nec minus eſt animo præſens quam robore præſtans,
Et plerunq; domi reſidens rus vertit aratro,
Vel procul à patria peregrinis militat oris,
Vel ſacra caſtra ſequens ſtudijs incumbit honeſtis,
Et ſe virtuti teneris aſueſcit ab annis
Sed varijs varia pro tempeſtate Dynaſtis
Gens ſubiecta fuit , ſed libertatis auitæ
Neſcio quæ temerè ſibi ſemper ſomnia finxit,
Hanc ſibi Chriſtophilus genitor defunctus Iannis,
A cuius proauis veteri deſiuerat æuo,

Rurſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Rurſus ab imperij Frederico Cæſare pridem
Holſatiæ inſertam collatam munere Feudi
Obtinuit, ſed enim regi parere recuſans
Reſpuit Auguſto firmum diploma ſigillo
Effera gens, vano prætextus nomine myſtam
Legitimum dominum Bremæ cathedralis Alumnum,
Et ſe ſpontè iugo peregrino innectere nolle.
Chriſtophilus vero vindictæ percitus ira
Dum parat arma ferox, dum Martia bella minatur
Occidit & nato bella interrupta reliquit.
Qui cum iam triplicis regni decoratus honore
Addiderat Daniæ Sueones victricibus armis,
Et iam Marte ferox ſemel euibrauerat enſem,
Nominis illuſtris ratus haud laudabile famæ
Effore vaginæ ſi tam citò ventre recludat,
Imperij cupidus trans Eidræ extendere ripas
Feruet, & haud vllis facinus delebile ſæclis
Edere, fortunæ nimium confiſus amicæ
More hominum vano, quibus eſt quò copia nummûm
Largior, æs ſitiunt magis, & mens ardet habendo.
Et quia noluerat ſe patris dedere ſceptris,
Et ſibi iam tanto Regi parere recuſet,
Martigenam in populum bellum meditatur agreſtem,
Et gentem ſatagit ferro cohibere ferocem,
Conſiliumq; Duci germano fœdere iuncto
Detegit Holſatiæ, qui quamuis pacis alumnus
Semine naturæ truculentis horruit armis,
Attamen infenſus populo, quòd debita vtriq;
Iura magiſtratus animo detrectet amaro,
Conſortem belli ſocium ſe præbuit vltrò.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Rex equitum turmas producit in æquora centum,
Militis & validum ditionibus imperat agmen,
Nec minus Holſatiæ perq; amplam Sleyidos oram
Induit arma cohors, rigidis inuecta caballis,
Et ſubitò peditum raræ coijere phalanges.
His globus acceßit peditum Mauortius auſis
Efferus & manibus promptus, mercede coactus
Cuius ope Sueonum rex debellauerat arua.
Guardia vulgato voluit quæ nomine dici
Millia ſex, varia conflata ex gente feroci.
Iamq; omnis glomerata cohors ſe finibus effert
Holſatiæ, volitant expanſa per aëra contis
Carbaſa, fulmineo ſplendeſcunt arma nitore,
Solis & ardentis radijs per rura refulgent.
Intonat horrendo vituli membrana boatu,
Et tuba ventoſum ſtridore per æthera clangit,
Procedunt pedites ſpatioſa per æquora campi,
Et paribus crepitum membranæ paßibus æquant,
Subſequitur cataphracta phalanx, quatit vngula callem,
Totus & hinnitu campus reſonabat equorum.
Vt propè Thietmariæ cerealia contigit arua,
Subſtitit, & miſſo belli de more libello
Excidium indigenis denunciat acre colonis,
Et niſi ſe dedant, exutis protinus armis,
Rex ignem & ferrum ſupremaq; fata minatur.
At gens læta minas adeò nil pendere regis,
Armorumq; ferox reſonante fragore moueri,
Vt quoq; Vuintbergæ ſub eodem tempore pago
Ebria connubij celebraret feſta iugalis.
Eſt locus ad Boream, qui conſitus vndiq; dumis

Peruius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Peruius introitum facit ad penetralia gentis,
Tanto etiam ſpatio, quo ſtrato calle quadrigæ
Merciferæ iuxta poßint incedere binæ,
Ad latus eſt ſcrobibus foßisq; profundus vtrumq;
Non niſi conanti recta tranſire pateſcens,
Hammonis effrenis gens propugnacula dicit.
Hic, propè terribilis quoniam conſederat hoſtis,
Hoc illum pariter ruiturum calle putabat
Gens fera, quin igitur firmato milite clauſtro
Excubias, ne Marte ferox hac permeet hoſtis,
Noctes atq; dies ſignis volitantibus egit.
At rex gramineo ſub lymphis calle latenti
Nec cuiuis noto diductus, & agmine toto
Caſtra mouens, quibus antè minax conſederat aruis
Hammonis ad clauſtrum, Meledorpo allabitur vrbi.
Quam facilè admotis ad propugnacula cannis
Vi capit, oppreßis funeſto Marte colonis.
Editur horribilis profuſo ſanguine cædes,
Totaq; plebs vrbis nullo diſcrimine ſexus
Confoditur miſerè truculenti vulnere lethi,
Longæuus cadit enſe ſenex, cadit enſe iuuentus,
Enſe necatur anus, cadit innuba vulnere virgo,
Fœmina, virq; thori, ætati nec parcitur vlli,
Quin tener ipſe puer genetricis ab vbere pendens
Militis infeſta truncatur cuſpide ferri,
Quò magis attonitis reliquis tam cæde cruenta
Panicus ingrueret lethi prænuncius horror.
Rex vbi ſubſtiterat deuicta Martius vrbe,
Perq; dies aliquot requieſcere iuſſerat agmen,
Mox ſpeculatores, rerumq; lociq; peritos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Prouidus emittit, qui Martia gentis agreſtis
Conſilia explorent, quibus & conſederit aruis
At gens Marte ferox campeſtri rure relicto,
Quod minus eſt frugum macilentis fertile glebis,
In fœcunda cauis paßim diffiſa lacunis
Robore cum toto, ſe cauta receperat arua:
Inde ſacra patriæ pro libertate focisq;
Vel cum magnanimis ferro decernere Dannis,
Vel celebri fatis occumbere laudis honore
Intima fert animo rigidæ ſententia gentis.
Fortè viros inter, quos rex emiſerat vrbe
Phryſo fuit, quem trux animi Dietmarſica pubes,
Dum nimis incautus ſe caſtris inſerit hoſtis,
Cœperat, & manibus miſerè poſt terga reuinctum
Ludibrico per caſtra trahens pòſt compede clauſit,
Atq; adeò ſtimulis torturæ compulit acris,
Vt quo calle minax rex ducere cogitet agmen
Detegeret, ſenſusq; truces expromeret hoſtis.
Eſt via quæ recta Meledorpo ducit ad Heidam,
Non niſi conanti recta tranſire pateſcens
Ad latus vnda fluit piceis incluſa lacunis,
Hoc irrupturos fera gens acceperat hoſtes
Tramite, quos aditu magis vt præcludere poſſet
Materia, & lutro congeſtum ceſpite vallum
Effodit, anguſti quà finis tramitis exit,
Impoſuitq; viros pòſt ſtructa latibula lectos
Præſidio, qui vim Regis virtute retundant.
Tum rex magnanimus, fati cladisq; futuræ
Neſcius, inſidias nec enim metuebat agreſtûm,
Aeris obſcuri ſub tempeſtate madentis

Caſtra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Caſtra mouens, toto cum robore tendit in hoſtes,
Ingrediturq; viam non fauſto ſydere cœli;
Iamq; gelu, quo pingue ſolum ceu marmore ſtrictum
Vſq; diu ſteterat, reſolutum megmatis inſtar,
Aut tepidæ ceræ, liquefecerat vndiq; callem,
Quò glaber & pedibus titubanti lubricus eſſet:
Anteit expanſis peditum fera copia ſignis,
Cœnoſamq; viam plantarum vomere ſulcat.
Hinc caua fixa rotis tormenta à fronte vehuntur,
Inſequitur cataphracta phalanx inuecta caballis
Et colliſa graui compagine nutat, & hæret.
Altera cannarum vehitur pòſt ænea moles,
Et numero ingenti carrorum clauditur agmen
Vt propius vallum primæ acceſſere cohortes,
Ruſtica turba latens poſt propugnacula glandes
Eminus emiſſas cannis iaculatur in hoſtes
Et plerosq; ferox lethali transfodit ictu.
At Danni econtrà qui prima fronte locati,
Saltubus & patulis ſuperatis crate lacunis
Planitiem ſubijere tamen, ſed nulla dabatur
Magnanimis aciem iuſtis extendere pugnis,
Aut quoduis ferro facinus patrare facultas,
Tanta loci clauſos anguſtia dira premebat.
Aëre denſato fremuerunt turbine venti,
Plurimus & gelidis cecidit de nubibus imber,
Hinc fune extincto cannarum bellicus vſus
Profuit haud quicquam generoſis ſanguine Dannis,
At fera gens valli poſt ſtructa latibula tuta
Horriſono glandes complodere turbine cannis,
Et pleroq; loco clauſos proſternere Danos.
Q 3 Mox

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Mox effuſa ferox ſe clauſtris aggeris effert,
Tranſiliensq́ ſcrobes conſueto more paluſtres.
In cœno implicitos crurum tenus, imbre rigentes
Frigore ſemineces pedites ſub fronte locatos
Irruit, & miſerè funeſta morte peremit,
Confoſſos plerunq́ ſcrobes detruſit in imos
Bis retroacta Dais, valido bis Marte repulſa,
Viribus aucta tamen truculentis conſtitit armis,
Et ſtragem renouauit ouans, cadit enſe coloni
Guardia turba ferox, & prima fronte cohortes.
Quîs fuga dilapſis non eſt largita ſalutem.
Occubuêre viri, quos nec vis abſtulit enſis,
Semineces lacuum fatis abſorpſit hiatus.
Namq́ catarrhactis paſſim ditionis apertis
Tanta ſolum madidæ contexit copia lymphæ,
Vt diſcrimen agri, foſſæue voraginis amplæ
Tramitis aut lutei nequeat dinoſcere miles.
Poſt ſimili turmas equitum ſtratagemate clauſas
Effera gens adit enſe minax, contisq́ cruenta:
Nam reſilire via non copia cuiq́ dabatur.
Fronte globis fulgens ſtat inexpugnabile vallum,
A tergo graue plauſtra premunt, latus ambit vtrumq́
Putrida ſcrobs lymphis commixtis ſanguine plena.
Tum facilè quosuis anguſto tramite clauſos
Effera gens contis rigidas ſuperando lacunas
Confodit, obtruncat, pungit, latere inſtat vtroq́
Sanguinolenta manu, ferit enſe globisq́ caballos,
Et ſuper inuectos lethali deijcit ictu.
Ingruit horriſonus fremor atq́ hinnitus equorum,
Vulnere qui læſi cœnoſa per arua ruentes

Infrenes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Infrenes, rapidi ferrato calce reſultant,
Excutiuntq; viros, excuſſos vngula ferro
Proterit, aut rapidus lympharum abſorbet hiatus.
O infauſta dies hominum, qua concidit heros
Plurimus, haud gladium rigidos qui ſtrinxit in hoſtes.
At rex ipſe fuga per denſa cadauera retrò
Vix cum fratre volans illabitur, occidit Ottho
Inclytus enſe fero, cum fratre peremptus Adolpho,
Qui celebres veteri comites genus arce trahebant:
Occidit Holſatiæ generoſo ſanguine creta
Pleraq; nobilitas, Daniæ cadit inclyta pubes.
Quatuor at reliqui ſine nomine millia vulgi.
Vt patuere ſcrobes, & lympha receſſerat aruis,
Maxima pars crudi reperitur vulneris expers,
Nec vi nec gladio ſublata, ſed impete lymphæ.
Vexillum regni nitidi rubriq; coloris,
Et crucis in formam diſcretum, cœlitus olim
Vuoldmaro miſſum, ſi famæ credere fas ſit,
Quando feros Liuones Diuûm ſimulachra colentes
Subdidit imperio, transfoſſo glandinis ictu
Signifero Holſato, tormentaq; vecta quadrigis,
Signaq; præterea quam plurima plauſtra, caballosq;
Abſtulit, exuuiasq; Dais detraxit opimas,
Argentum, gemmas, aurata, monilia, veſtes,
Effera gens, nec enim ſpolijs ſatiata ſuperbis,
Quin ſemel atq; iterum repetitis ictibus enſis
Transfodit humana iam caſſa cadauera vita,
Vel nares & labra ferox præcidit & aures
Corporibus tepidis, inhumataq; ſæua reliquit.
Pars verò peditum detracta veſte pudendis

Nudaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Nudaq; linteolis ſemiuiuis mortua iungens
Corpora limoſa mixtim tumulauit arena.
At quibus illuſtris dedit ortum gloria ſtirpis,
Aut quouis fuerant generoſo ſanguine nati,
Extremo tumuli fera gens priuauit honore.
Corpora nobilium vidiſſes æquore toto
Squallida, nuda palàm, nigroq; fluentia tabo
A canibus fœde lacerari dente cruentis,
Vulturibusq; feris, tanta inclementia gentis
Ferbuit aduerſus generoſi ſanguinis hoſtes.
Hæc vbi profuſo commiſſa eſt ſanguine ſtrages
Obtinet vſq; nigro locus à Cacadæmone nomen.

[illegible]

Expli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

EXPLICATIONES

QVORVNDAM LOCORVM IN HOC OPEre, quæ à rerum Danicarum, Cimbricarum & Holſaticarum imperitis non facilè intelliguntur.

PRIMO LIBRO.

Arma ducemq; cano veteri qui primus ab arce:) Scilicet ex ſtirpe veteri & illuſtri Comitum Oldenburgenſium, quorum comitatus Viſurgi fluuio irrigatur.

Infidos triplicis regionis fœdere lapſos:) Nam Sueci ſeu Sueones vinculo trium borealium regnorum, à Margareta filia Vuoldemari Quarti, Vxore Aquini regis Noruagiæ ſancito inſerti, tempore Chriſtiani primi fœdifragi defecerant.

Holſatiæq; ducum, qui propter flumina Storæ:) Id eſt qui nunc ſunt Slieſuigæ, Holſatiæ, Stormarſiæ & Dietmarſiæ Duces.

Chriſtophorus Daniæ qui rex reſidebat in aruis:) Qui fuit Erici regis Daniæ anteceſſoris ex ſorore nepos, Iohannis ducis Bauariæ filius, Ruperti Cæſaris nepos. Cuius proauia Ingeburgis filia Vuoldemari Quarti, nupta Hinrico Duci Megapolenſi, ſoror fuit Margaretæ trium borealium regnorum reginæ. Obijt autem Chriſtophorus rex Daniæ Suetiæ & Noruagiæ, anno poſt natiuitatem Chriſti milleſimo quadringenteſimo, quadrageſimo octauo, Ianuarij die ſexto Heliſpyrgi, ſepultus Roëſcildij, a cuius obitu hoc noſtrum annalium opus exordium ſibi ſumit.

In regem Daniæ raræ virtutis Adolphum:) Qui fuit vltimus dux Slieuicenſis, & comes Holſatiæ ex familia Salingsleuia, quæ originem duxit ab Adolpho à Salingsleben equeſtris ordinis viro, qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

ro , qui Comitis honore decoratus eſt à Cunrado ſecundo Cæſare Franciæ Orientalis , Lothoringiæ & Vuormatiæ duce.

Cenſuit , idcirco Gothicam mittuntur ad arcem :) Vulgò & vernaculo ſermone Gottorp , pagus Gothorum , arx primaria ducatus Slieuicenſis iuxta amnem Sliæ condita , ex quo Anſcarius Archiepiſcopus Hamaburgenſis , quemadmodum olim Iohannes Baptiſta ex Iordano , nouitios Danos & Cimbros nomen Chriſti profeſſos baptizauit, poſtmodò exſtructis ſacris ædibus Slieſuicæ & Ripis , tempore Lodouici Cæſaris filij Caroli magni. Non procul ab hac arce ad pagum Buſchdorp etiamnum viſitur vallum antiquum , vulgo Denenwerck / quod anno Chriſti 808. Gotricus Godefridus rex Danorum coætaneus Caroli magni loco propugnaculi & Limitis inter Danos & Saxones , exſtruxiſſe legitur , quod à pago Hollingſtadio , vbi amnis Trena ſeſe in Eydoram poſtea in mare occidentale illuentem exonerat , initium ſibi ſumit , & per milliaria ferè duo prope prædictam arcem Gottorpiam in mare orientale vſq; , Cimbrico Iſthmo ſeſe extendit.

Sunt mihi tres comites cognato ſanguine iuncti :) Scilicet Chriſtianus , Gerhardus & Mauritius nepotes ex ſorore Eliſabetha.

Quorum mater auo , ſe Cimbro ſanguine cretam :) Nempè Hinricho Ferreo comite Holſatiæ , vt patet ex ſequenti geneologia.

HIN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

HINRICVS FERREVS ex coniuge Ingeburgi Alberti primi Megapolenſis Ducis filia, ſorore Alberti regis Suetiæ, à Margareta regina ſuperati & capti, tres habuit filios, quorum nomina.

Gerhardus qui in expeditione Dietmarſica Anno 1440. *capite truncatus in clauſtro Hamma per inſidias occumbit, ſepultus Itzehöæ, primus dux Slieuicenſis ab Olào filio Margaretæ creatus, anno* 1386. *Vxor eius Heluigis Magni Torquati ducis Brunſuicenſis filia.*

Albertus ducens in vxorem Erici ducis Saxoniæ filiam, cum qua nullam prolem genuit in expeditione Dietmarſica equo lapſus paulò poſt exſpirauit, ſepultus Itzehoæ Anno 1403.

Hinricus Epiſcopus Oſnabruggenſis poſtea Epiſcopatum reſignans primus vſurpauit ſibi titulum Stormariæ, obijt Anno 1421.

Hinricus in obſidione Flenburgenſi lancea confoſſus, paulò pòſt exſpirauit Anno 1427. *pridie Aſcenſionis Chriſti.*

Adolphus à Chriſtophoro rege Bauaro, ducatu Slieuicenſi inueſtitur Anno 1440. *obijt Anno* 1459. *vxor eius Dorothea Mansfeldica* ἄπαις.

Gerhardus poſthumus, Vxor Anna Badenſis quæ ſeptimo menſe gemellos, marem & ſœmellam enixa eſt, obijt Emerici ad Rhenum Anno 1430.

Ingeburgis ordinem ſanctæ Birgittæ monialis ingreditur Aluaſtri in Suetia.

Eliſabetha primùm Baltazari Megapolenſi, deinde Theodorico Forti Comiti Oldenburgenſi nupta ex qua

Chriſtianus, Gerhardus & Mauritius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Qui ſola voce Leonem :) Nota eſt hiſtoria de magnanimo & bellicoſo Hinrico Ferreo comite Holſatiæ, qui cùm Eduardo regi Britaniæ bellicam operam nauaret, & in illum indigenæ aulici inuidi, abſente rege, Leonem clauſtris relaxatis concitaſſent, beſtiam ſeſe inuadentem imperterritus ſola voce cohibuit & demulſit.

Nomen ab Hatteno Daniæ ſortita Dynaſta:) Vulgo Haderßleben ab Hatteno, qui & Hadingus dicitur, filio Grami ſexto Danorum rege nomen ſortita.

Proximior, cui nomen Otho florentibus annis:) Vulgò Ottenſundt, ſinus maris Orientalis vno milliari vel circiter diſtans Haderßlebio vbi eſt portorium trans fretum in Fioniam.

Conſtituit, regni ſortitum à limite nomen:) Quos Marchiones vocamus, ſeu comites Limitarios, Marcgrauen.

Cimbrorum vrbis adhuc veteris veſtigia cernas:) Scilicet Slieſuiga. Hæc ciuitas Metropolis eſt ducatus Slieſuicenſis, olim dicta Sliesdorpium circiter annum 804. cùm eò Gotricus Godefridus Danorum rex amplißima claſſe tam peditum quam equitum, cum Carolo Magno colloquium collatum appuliſſet, qui poſtmodò ſoluta expeditione, quam auxilio Slauorum & Vuilſorum contra Obotritos ſuſceperat, domum claſſe iturus celeberrimum illud Emporium Rethram ſeu Roricum Metropolin Slauorum ad mare Balticum ſitum, vbi extraneæ nationes barbaræ & græcæ negotiabantur, deſtruxit & funditus excidit, translatis inde ciuibus & Mercatoribus tanquam colonis Sliesdorpium, quæ ciuitas ſucceſſu temporis mercimonijs & opibus in immenſum creuit, deniq; Anno 1066. opulentißima & populoſißima ex improuiſo barbarorum Slauorum impetu funditus exciſa & deleta eſt, nomen inde ſortita Heideboy, quaſi vicus gentium ſeu barbarorum, in cuius rei memoriam etiamnum pagus, è regione ciuitatis trans Slyam ſitus conſpicitur, qui in huncusq; diem Haddeboy dicitur. Poſtea ex ru-

deribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

deribus antiquæ ciuitatis hæc quæ nunc eſt extructa emerſit. Cæterum Saxoni Grammatico placet Haddeboy nomen obtinere ab Hetha regina Daniæ, conſtituta à Ringone Aquino rege Suetiæ, quæ ibidem prope Sliam arcem & ſedem condidiſſe dicitur, quæ nunc ad Gottorpiam eſt translata.

Iutia vaſta tuos, quos Scauos nauita dicit:) Vulgo die Schkagen, Promontorium Vitarum è regione Noruagiæ, Quamuis alij Othonem primum Auguſtum non eousq;, ſed tantum ad ſinum Limicum, ſeu Lemnicum propè vrbem Aleburgum proceſsiſſe autumant.

Aſſena:) Vulgo Aſſens, Vrbs ad maris oſtium in Fionia ſita, cui vicinæ gentes & regiunculæ inſulares ſunt Arij, qui incolunt inſulam Ar, Eliſij, qui inhabitant inſulam Alſen, Monimi, qui incolunt Inſulam Mon, Sundeuitæ, id eſt Vitæ ſeu Iuti habitantes ad meridiem vulgo Sundevvit. E regione Sundeuitarum habitant Angli Cimbri vulgò Angelen.

Cui quoq; de proprio prænomine nomina fecit:) Quamuis alij vrbem Othoniam ab Othino Danorum rege diuinationibus & arte Magica inſigni nomen habere autumant. Cuius monumentum adhuc viſitur ibidem. Vulgo Odenſehe, Vrbs celebris cæde diui Canuti à ciuibus interfecti Anno 1068. in æde Albaniana.

Poſtea cui Daniæ princeps generoſus Haraldus:) Rex Daniæ eius nominis ſextus Gormonis III. Filius cognomento Blaathan, anno 948. claſſe amnem Slyam ingreſſus prope Sliesuigam oppidum expoſitis militibus, & inſtructa acie pugnam commiſit cum Othone primo, ancipiti Marte, donec adhibitis arbitris pacem fœdusq; cum Imperatore iniret.

A proprio voluit Suenothonem nomine dici:) Hic Suenotho in Danorum annalibus nominatur Tuuiſchege, quòd aluerit bifurcalem barbam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

A mercatorum portu:) Vulgo Kopenhauen, Vrbs eſt & Metropolis totius Daniæ & regia ſedes condita ab Abſolone Albo Pontifice Lundenſi & Roëſcildenſi, qui fuit Imperator exercitus naualis Danorum.

Sublata voce Sacerdos:) Scilicet Thuo, Pontifex Lundenſis à quo Anno 1449. die Simonis & Iudæ Haſniæ Chriſtianus primus inauguratur, cum anno præcedenti in comitijs publicis Lundenſibus pridie Michaelis deſignatus eſſet rex, vexillo Daniæ porrecto regi à Thuone prædicto Pontifice.

Namq; neq; Vuoldmarus:) Scilicet quartus eius nominis, Chriſtophori 2. filius. Hic verò Vuoldmarus vnicum habuerat filium Ducem Lalandiæ, qui perijt bello Teutonico contra Lubecenſes, Anno 1363. quo extincto antiquior ſtirps Danorum Regum quoq; extincta fuit, quantum quidem ad ſexum maſculinum attinebat. Succedentibus Erico Pomerano & Chriſtophoro Bauaro Regibus, cognatis, vt ex ſequenti genealogia patebit.

VOLDE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

VOLDEMARVS IV. Rex Daniæ & Henetorum Anno 1340. regno inauguratus, Anno 1375. obijt.

- *Chriſtophorus dux Lalandiæ.*
- *Ingeburgis Hinrico Megapolenſi nupta.*
  - *Ingeburgis nupta Vuratislao 7. Pomerano.*
    - *Ericus, à Margareta mortuo filio Olão in filium adoptiuum & regem Danorum aſcitus Anno 1396.*
    - *Ingeburgis nupta Iohanni Bauaro filio Ruperti Imperatoris.*
      - *Chriſtophorus III. Vltimus Danorum Regum ex ſtirpe Vuoldemari, ex ſorore abnepos Margaretæ trium borealium regnorum Reginæ.*
- *Margareta nupta Aquino regi Sueonum quæ obijt Anno 1412.*
  - *Olaus obijt Anno 1387. cum præfuiſſet regnis 12. Annos, ſepultus in Sorana cœnobio Selandiæ inter auum Vuoldemarum IV. & Chriſtophorum II. proauum Reges Danorum.*

Protinus immergi & vocitari iuſsit Olãum:) Vt autem ſtudioſo Lectori proſapiæ Chriſtiani primi, vſq; ad hæc noſtra tempora, ignaro gratificarer, eam qualemcunq; inueſtigare & accurata indagine aſſequi potui, hactenus neq; integram, ſed & perperam à quibusdam contextam, hic aſsignare non dubitaui, ex qua patebit vltra 100. perſonas heroicas & illuſtres vtriusq; ſexus, intra 130. Annos, à Chriſtiano primo eiusq; illuſtriſsima coniuge procreatas.

Quintus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Quintus vbi exactis completu menſibus annus :) Scilicet à nato Olao primogenito qui naſcitur anno 1450. Poſtea Iohannes natus eſt anno 1455. 2. Februarij.

Fœminei ſexus qui poſtmodo nubibus annis :) Sciilicet Margareta nata 1475. Chriſtiani filia vnica.

Iamq; noui primum regni compleuerat annum :) Scilicet, anno 1449. poſtquam claſſe traducta in Gotlandiam Carolus Sueonum rex oppugnaſſet Ericum Pomeranum Daniæ regem, qui à rege Chriſtiano I. liberatus, fugatis Sueonibus regno Chriſtiano tradito vltrò diſcedens ſe abdicauit.

LIBRO SECVNDO.

Rex quoq; Noruagiæ pacatas flexit habenas :) Cum anno 1450. in Noruagiam inſtructa claſſe abijſſet & inauguratus eſſet rex Nidroſiæ die Nicolai.

Clam regno profugit per tot diſcrimina ponti :) Scilicet Anno 1457. quo profugiente Chriſtianus eodem anno Rex aſcitus inauguratur ſolenniter die Iohannis Baptiſtæ Vpſaliæ in Maranſtein loco ſolenni à Pontifice Iohanne Benedicti.

Interea Holſatiæ comes inclytus obſitus annis :) Moritur enim Adolphus IIII. dux Holſatiæ qui maxima bella propter ducatum Slieſuicenſem cum regibus Daniæ geſſit Anno 1459. Anno climacterico octauo cum natus eſſet 56. annos, Gottorpiæ die Barbaræ, ex quo tempore poſt centeſimum annum Adolphus quintus, Frederici I. Regis Daniæ F. cum Frederico II. ex fratre nepote Rege Danorum & Iohanne fratre, Dietmarſiæ populum debellauit & in poteſtatem redegit, necem Gerbardi primi ducis Slieuicenſis abaui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

CHRISTIANVS PRIMVS VXOR EIVS
Dorothea Brandeburgica.

Olaus in infantia mortuus.

Iohannes Rex Daniæ Suetiæ & Noruagiæ, vxor eius Chriſtina Saxonica.

Fredericus Daniæ & Noruagiæ Rex habuit 2. vxores, prior Anna Brandeburgica altera Sophia Pomerana ex

Margareta nupta Iacobo 3. Scoto.

Chriſtiernus 2. Daniæ, Suetiæ, Noruagiæ Rex, vxor eius Iſabella Hiſpanica.

Franciſcus obijt in pueritia Anno ætatis 14.

Elizabetha nupta Ioachimo primo Electori Brandeburgico.

Anna

Sophia

Iohannes tutor Iacobi 5. ex fratre nepotis.

Iacobus 4. vxor Henrici 7. Angli filia.

Iohannes in pueritia mortuus.

Philippus in infantia mortuus.

Dorothea nupta Frederico Palatino Philippi F.

Chriſtina primum nupta Franciſco Sfortiæ Mediolanenſi deinde Franciſco Duci Lotharingiæ.

Anna nupta Alberto Megapolenſi.

Ioachimus 2. Elector Brandeb. habuit 2. vxores prior fuit Magdalena Saxonica poſterior Heduigis Polonica.

Iohannes Marchio

Elizabetha nupta Erico Brunsuicenſi.

Margaretha nupta Georgio Pomerano.

Chriſtianus 3. vxor Doroth. Saxonica.

Dorothea nupta Alberto Boruſſiaco.

Iohannes Adolphus vxor Chriſtina Lantgrauia.

Fredericus obijt.

Anna obijt.

Dorothea obijt.

Elizabetha nupta Vlrico Megapolenſi.

Iacobus 5. vxor eius Magdalena Gallica, qua extincta, duxit Mariam Guiſianam viduam Longeuallæi.

Carolus cuius vxor N. filia Regis Gallorum.

N. nupta Duci Bauaro.

Vlricus

Sophia nupta Frederico 2. Regi Danorum.

Iohan. vxor Anna Sophia Boruſſiaca.

Alber.

Georgius.

Chriſtophorus.

Carolus.

Iohannes.

Albertus.

Sigiſmundus.

Elizabeth nupta Georgio Frederico Ansbachico.

Catharina nupta Ioachimo Frederico.

Ericus Bruns.

Philippus.

Iohannes Fredericus

Bugislaus

Erneſtus Ludouicus

Barnimus

Caſimirus

N. nupta Franciſco Duci inferioris Saxoniæ.

Fredericus 2. vxor Sophia Megapolenſis.

Magnus

Iohan. vxor eius Eliſabeta Grubenhagica.

Anna nupta Auguſto Electori Saxoniæ.

Dorotea nupta VVilhelmo Luneb.

Anna Sophia nupta Iohan. Alb. Megapolenſi.

N.N.N.N.

Fredericus.
Sophia.
Philippus.
Chriſtina.
Elizabeth.
Iohan. Adolphus.
Anna gemelli.
Chriſtianus obijt.
Agneta.
Iohannes Fredericus.

Sophia nupta Frederico 2. Danorum Regi.

Magdal.

Heduigis.

Barbara nupta Duci Lignicenſi.

Paulus.

Albertus

Georgius gemelli.

Iohannes Georgius qui 3. habuit vxores.

N. nupta Iulio Brunsuicenſi

Fredericus

Sigiſmundus ambo Archiepiſcopi Magdeburgenſes.

Elizabet.

Anna.

Chriſtianus.

Vlricus.

Auguſtina.

Chriſtianus.
Erneſtus.
Auguſtus.
Alexander.
Iohannes Adolphus.
Dorothea.
Anna.
Sophia.
Elizabetha.

Hinricus Iulius

Philippus Sigiſmundus.

Carolus Otto

Maria

Elizabeth

Anna

Sophia nupta Erneſto Ludouico Pomerano.

Maria nupta Franciſco 2. Regi Galliarum quo mortuo ſecundas infauſtas contraxit cum Henrico Stuardo.

Sophia Lignicenſis.

2. Sabina Ansbachica.

Anna Maria Anhaldina.

Iacobus 6 Rex Scotiæ.

Magdalena.

Iochimus Frederic. Adminiſtrator Magdeburg. vxor N. filia Marchionis Cuſtrinenſis.

Sabina

Georgius Albertus.

Ermut nupta Iohanni Frederico Pomerano.

N. N.

Iohannes.

Leonora.

Henricus.

Maria.

Alexander.

Magnus.

Dorothea.

Ioachimus.

Hector.

Chriſtianus.

AEmilia.

Luna.

Auguſtus.

Adolphus.

Elizabet nupta Caſimiro Palatino.

N N.

Iohannes Sigiſmundus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

abaui accepto vulnere ferè lethali iuxta ſpinam dorſi, fortiter vltus.

Fonte ſalinarum :) Vulgò Oldensloë. *Nam vbi paulò ante Nouiomonaſterij poſtea Lubecæ conciliarij Holſatiæ conueniſſent, tandem Anno 1460. Oldesloam ingrediuntur, vbi controuerſia per pactum fuit compoſita.*

Poſtmodo magnifica ſpatioſa per æquora claſſe :) Scilicet *Anno 1461.*

Hic apud impuram Monachorum fortè cateruam :) Et inuenit vulgi relatione in ſignato & numerato numiſmate, ſeptem millia marcarum & 22. vaſa argentea vt refert autor annalium Slauonicorum folio 22. facie 2.*

Poſt celebri regni pompa :) Scilicet *Anno 1462.*

Interea Sueones abſenti rege tumultus :) Scilicet *Anno 1463. Et hæc fuit Sueonum prima defectio à Chriſtiano.*

Antiquum patriæ Carlum :) Nempè *Anno 1464. cum fuiſſet ſeptem annis exul.*

Ecce Gerhardus equis & denſo milite ſeptus :) Scilicet *Anno 1465.*

Prædibus à fratris :) Nam Chriſtianus vt ſolus ducatu Holſatiæ potiretur, & pro ſe hæredibusq; frueretur, cum fratre Gerhardo pactus erat 40. millia Marcarum Lubecenſium.*

Interea patria Theodora Duciſſa reuerſa :) Scilicet *Anno 1466.*

Aſt vbi ſe luſum :) Scilicet *Anno 1466.*

Tum rex approperans Vuagrarum contigit arua :) Scilicet *Anno 1476.*

Rex Daniam repetens bellum meditatur in Anglos :) Scilicet *Anno 1468.*

Inde per Holſatiam celebrem :) Scilicet *Anno 1469.*

Rex ſcelerum vindex :) Scilicet Anno 1470.

At Comes haud quicquam :) Scilicet Anno 1470.

Interea ſenior rex Carolus :) Anno eodem prædicto.

Incolumis tandem Suecorum allabitur oras :) Scilicet Anno 1471.

Comitem reuocare Gerhardum :) Scilicet Anno 1472. Hanc expeditionem Comitis Gerhardi noſtrates incolæ oppidi Huſemenſis etiamnum in hodiernum vſq; diem vocant Iuncker Gerdts Reiſe, de qua author annalium prædictorum Slauonicorum ita habet, & quamuis vſus ſit admodum incompto & abſoleto ſtylo, tamen aſſcribere libuit.

Anno 1472. circiter natiuitatem Mariæ Friſones clàm vocarunt Comitem Gerhardum, de Oldenburg, ſi veniret Hueſem, fieret dominus terræ. Venit ergo cum armis & populo, nauigio & domibus ædificatis de magnis truncis, ſed in fine victoria non eſt potitus. Quia venit rex ſine mora, & petitis auxilijs à Duce Megapolenſi & ciuitatibus Lubec & Hamburg, expulſus eſt Gerhardus, & noctu clanculum receſſit. Huius verò mali autores fecit rex quoſdam rotari, quoſdam decapitari & quoſdam deplumauit. Vſq; huc ille. Hinc in prædicto oppido Hueſem nulla antiquiorum ædium eſt, quæ etiamnum penſionem annuam ducibus Slieſuigæ non ſoluat, quàm vulgò Erdthuer nominant in perpetuam defectionis memoriam.

Auſoniam parat :) Anno 1474. In quo itinere inter cætera etiam à Sixto IIII. Chriſtianus rex obtinuit ius aperiendi ſcholam Hafniæ, quò ſequenti anno vocatis Colonia Agrippina, Petro Scoto, Petro Alberti, & Tidemanno artium liberalium Magiſtris publice ſchola aperitur.

Albertus patruus :) Anno 1478. Nata autem fuerat Chriſtina vxor Iohannis regis Anno 1461.

Rex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Rex vt homo :) *Hafniæ anno* 1481. *die* 21. *Maij.*

LIBRO TERTIO.

At Stenoneu :) *Anno* 1481.

Interea ſolitis :) *Id eſt tertio anno poſt celebratas nuptias Iohannis patris, nempe Anno* 1481. 2. *Iulij, hora* 2. *pomeridiana minuto* 16. *Neopyrgæ ad mare Balticum.*

Conuentus indicat vrbe :) *Anno* 1482.

Ergo coronatum :) *Anno* 1483. 15. *Calendas Iunij, qui dies in ſolennitatem Pentecoſtes cadebat inauguratus Rex Iohannes à Iohanne Laxmanno vt Petrus Roſefontanus refert. Cæterum, quod veriſimilius eſſe arbitror, à Iohanne Broſtorpio nobili genere nato Archiepiſcopo Lundenſi qui fuit Cancellarius regni, & Thuoni defuncto iam Anno* 1472. *ſucceſſerat, Iohannem regem in auguratum eſſe liquidò conſtat.*

Iamq; ætatis agens :) *Nempè anno* 1486. *Vuiburgi, pridiè quam feſtiuitas corporis Chriſti celebretur, à ſtatibus regni Sacramento fidei pro more accepto in conſortem Regni à patre cooptatur.*

Tum Steno percupidus :) *Scilicet Anno* 1487.

Temporis interea :) *Anno* 1488.

Fœdus ſociale redintegrat :) *Anno* 1483. *quod fœdus Steno cum Lubecenſibus cæteriſq; Vuandalicis ciuitatibus contra Iohannem regem Anno* 1490. *clàm hac conditione fecerat, ne cum Rege Iohanne alteutra pars abſq; alterius conſenſu pacem faceret.*

Hic homo confidens :) *Anno* 1494.

S 2 LIBRO

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Et mare traijciens Egeſuntica :) Anno 1495.

Interea genetrix :) Anno 1496. Dorothea Regina ſenio extremo confecta diem obijt, & Röeſchildiæ in ædicula trium Regum tumulo mariti infertur.

Iamq; bis octo :) Nempè anno 1497. euocatis Hafniam omnibus regni Daniæ ſtatibus iterum deſignari Chriſtiernum filium in regem Iohannes rex curauit.

Naſcitur :) Scilicet anno 1497.

Nec mora vexillum :) Anno 1499.

Rex animo elatus :) Anno 1500.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

ERRATA TYPOGRAPHI.

LIBRO PRIMO.

Litera B folio 4. facie priori verſu 15. pro ſolenui lege ſolenni.

Lit. C. fol. 1. fa. p. verſ. 13. pro Sonoris l. ſonoris maiuſculo S expuncto.

Lit. C. fol. 3. fac. 1. verſ. 2. pro Sueuothonem l. Suenothonem, ibid. verſ. 20. ſtricti l. ſtrictis.

Lit. C. fol. 4. fac. 1. verſ. 5. Micra l. Mitra. ibid. verſ. 7. catarua l. caterua.

Lit. D. fol. 3. fac. 2. verſ. 4. pro brachijs l. patulis, pro arctis l. vlnis.

E. fol. 2. fac. 2. verſ. 12. Sexum l. Sexus.

LIBRO SECVNDO.

E. fol. 3. fac. 2. verſ. 8. Tranat l. Tranans.
E. fol. 4. fac. 2. verſ. 3. irra lege iura.
Ibid. verſ. 12. Accumulant l. accumulat.
Verſ. 13. imponunt l. impoſuit, 14. pro manent l. manens.
Verſ. 5. gaudent l. gaudet.
F. fol. 1. fac. 2. Leone l. leona.
F. fol. 4. fac. 1. verſ. 21. nomine l. numine.
G. fol. 1. fac. 1. verſ. 1. Solaria l. Salaria.
Ibidem verſ. 19. ſiculis l. faſciculis.
G. fol. 3. fac. 1. verſ. 5. contigit l. contingit.
Ibid. fac. 2. verſ. 19. penatos l. penates.
Ibid. verſ. 22. mox l. moxq́.

Ibid. verſ. 27. inſidos l. infidos abſq; comma.
G. fol. 4. fac. 1. verſ. 17. contendere l. contendit.
Ibid. fac. 2 verſ. 4. paribus l. pactis.
H. fol. 1 fac. 1 verſ. 17 patrijs l. pratis.
Fol. 2. fac. 1 verſ. 7 fixa l. fixæ.
Ibid. verſ. 19 ſupplicem l. ſuplicem.
Ibid. verſ. 25 poßint l. poßit.
Ibidem 28 capiam l. capeat.
H. fol. 2 fac. 2 verſ. 13 per ſpatioſa per æquora nautas lege per cœrula nautas expunctis ſpatioſa & æquora.
Ibid. præcioſis verſ. 21 l. precioſis.
Fol. 3 fac. 1 verſ. 4 Expertes lege Expertos.
Fol. 4. fac. 2. verſ. 10 Ingenue l. Ingenuo.
I. fol. 4. fac. 1. verſ. 23 Quod l. quos. & in verſu ſeq. expunge ſtatum poßit reparare l. poſſet cohibere rebelles. verſ. 23 num l. vt.
K. fol. 1. fac. 2 verſ. 21 VVernam l. VVeruam.

LIBRO TERTIO.

Ibid. fol. 3. verſ. 12. pro qui l. quia.
Ibid. verſ. 28. pro gargula l. garrula.
L. fol. 1. fac. 1. verſu 18 pro regia luxu lege rurſus ad arcem.
Ibid. folio 1. fac. 2. verſu 12. pro ſerone lege ſereno.
Fol. 2. fac. 2. verſu 17 pro facerat lege faceret.
Folio 3 fac. 1 verſu 23. pro vinctum lege vinclum.
Folio 3 fac. 4 verſu 8 pro ſerenæ lege ſerena.
Ibid. verſu 14 pro regna lege regno.
M. folio 1 fac. 1 verſu 29 pro lætbali lege letbali.

Folio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Folio 2 fac. 1 verſu 13 pro report lege reportant.
Folio 3 fac. 2 verſu 5 pro armata lege armato.
Ibid. folio 4 fac. 2 verſu 5 ſed lege ſe.
Lit: N. folio 2 fac. 1 verſu 26 pro conuinctus lege conuictus.

LIBRO QVARTO.

N. fol. 4. fac. 1. verſu 11. pro conſuetudo lege conſueto.
Lit. O fol. 4. fac. 1. verſu 19. pro leniter lege leuiter.
O. fol. 4. fac. 2. verſu 10. pro gentis afflictæ lege gentis & afflictæ.
P. folio 3. fac. 2. verſu 1. pro Stocholmi lege Stocholmum.
Ibid. verſu 11. pro Satragas lege Satrapas.
P. fol. 4. fac. 1. verſu 3. pro Marto lege Marſo.
Q. fol. 1. fac. 1. verſu 5. pro vani prætextus lege vano prætexens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

2065.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

2065.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2065 4° (LN 595 4° copy 2)